| 9. Ignis non appropriat suam substantialem (R 529v) potentiam, et idem de suo proprio obiecto et actu, ulli elemento. Sed quia cum illis participat per bonitatem, magnitudinem et cetera prima principia, appropriat aeri suum calorem et lucem, et terra igni suam siccitatem et nigredinem; et sic de aere, qui aquae appropriat suam humiditatem et diaphanitatem, et aqua terrae suam frigiditatem et albedinem. Et illa appropriatio est bonum et magnum; et sic de aliis actibus simplicium principiorum primorum. | Ignis non appropriat suam substantialem potentiam, et idem de suo proprio obiecto et actu, ulli elemento. Sed quia cum illis participat per bonitatem, magnitudinem et alia prima principia, appropriat aeri suum calorem et lucem, et terra igni suam (ROL 124) siccitatem et nigredinem <nigritudinem B>; et sic de aere, qui aquae appropriat suam humiditatem et diaphanitatem, et aqua terrae suam frigiditatem et albedinem. Et illa appropriatio est bona et magna; et sic de aliis actibus simplicium principiorum et primorum. | |
| 10. Potentiae elementales differentes sunt per differentiam, et concordantes per concordantiam, et contrariae per contrarietatem, et principiantes per principium, et mediantes per medium et finientes per finem, et maiorificantes per maioritatem, et aequantes per aequalitatem, et minorificantes per minoritatem. Et idem est de earum obiectis et actibus. | Potentiae elementales differentes sunt per differentiam, et concordantes per concordantiam, et contrariae per contrarietatem, et principiantes per principium, et mediantes per medium, et finientes per finem, et maiorificantes per maioritatem, et aequantes <aequalitantes B> per aequalitatem, et minorantes per minoritatem. Et idem est de earum obiectis et actibus. | |
| 11. (R 530r) De potentiis et obiectis et actibus substantialibus et elementalibus sequitur | De potentiis et obiectis et actibus substantialibus et elementantibus sequitur substantia | |

| **Roma BN Vitt. Emm** | **Electorium/Breviculum** | **Cusani excerpta** |
|---|---|---|
| substantia elementata; sicut lapis et ferrum et planta et corpus sensatum. Et de potentiis, obiectis et actibus accidentalibus et generalibus sequuntur accidentales potentiae, obiecta et actus substantiarum specificatarum et elementatarum, in quibus sunt specificae potentiae, obiecta et actus generales per individuitates substantiarum differentium per essentiam et per naturam et species. | elementata; sicut lapis, ferrum et planta et corpus sensatum. Et de potentiis, obiectis et actibus accidentalibus et generalibus sequuntur accidentales potentiae, obiecta et actus substantiarum specificatarum elementatarum, in quibus sunt specificae potentiae, obiecta et actus generales per individuitates substantiarum differentium per essentiam et per naturam et species. | |
| II.2<br>De potentia vegetativa et suo obiecto et actu | (B 15v E 103r ROL 126) Vegetativae potentiae cognitio | <De potentia vegetativa> |
| 1. Potentia vegetativa est forma, quae se habet ad vegetare. Et suum obiectum est vegetabile in materia sustentatum. Et actus suus est vegetare. | Potentia vegetativa est forma, quae se habet ad vegetare. Et suum obiectum est vegetabile in materia sustentatum. Et actus suus est vegetare. | (99v) Potentia vegetativa est forma, quae se habet ad vegetare. Et suum obiectum est vegetabile, in materia sustentatum. Et actus suus est vegetare. |
| Potentia vegetativa, et idem de suo obiecto et actu, est contracta in primis principiis, et est disposita (R 530v) et ita in potentia elementativa, sicut species in elementis compositis, et est deducta in actum per agens naturale. | Potentia vegetativa, et idem de suo obiecto et actu, est concreata in primis principiis, et est disposita ita in potentia elementativa, sicut species in elementis compositis, et est deducta in actu per agens naturale. | Potentia vegetativa, et idem de suo subiecto et actu, est concreata in primis principiis, et est disposita ita in potentia elementativa, sicut species in elementis compositis, et est deducta in actu per agens naturale. |
| 2. Proprium obiectum potentiae vegetativae est vegetabile et vegetatum, quod est de essentia vegetationis. Et actus proprius est vegetare, quod est de essentia potentiae | Proprium obiectum vegetativae potentiae est vegetabile et vegetatum, quod est de essentia vegetationis. Et actus proprius est vegetare, quod est de essentia potentiae et obiecti. | Proprium obiectum vegetativae potentiae est vegetabile et vegetatum, quod est de essentia vegetationis. Et actus proprius est vegetare, quod est de essentia potentiae et obiecti. |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| intrinsecae et obiecti. Idcirco potentia vegetativa est substantia, et idem est de suo obiecto et actu. Et omnes tres sunt una substantia, quae est vegetatio, quae est composita et constituta ex primis substantiis. | Idcirco potentia vegetativa est substantia, et idem est de suo obiecto et actu. Et omnes tres sunt una substantia, quae est vegetatio, quae est composita et constituta ex primis substantiis. | Idcirco potentia vegetativa est substantia, et idem est de suo obiecto et actu. Et omnes tres sunt una substantia, quae est vegetatio, quae est composita et constituta ex primis substantiis. |
| 3. Obiectum appropriatum et extraneum vegetativae potentiae est extra, quod non est de essentia vegetationis; sicut pluvia et terra, quas planta vegetat, ipsas in suas species convertendo; et idem de pane, quem homo comedit, quem vegetat sua vegetativa et convertit in speciem suae carnis. Et actus extraneus et accidentalis est ille, qui est (R 531r) de vegetativa et de pluvia et terra et de pane, de quibus dictum est. | Obiectum appropriatum et extraneum vegetativae potentiae est extra, quod non est de essentia vegetationis; sicut pluvia et terra, quas planta vegetat, ipsas in suam speciem convertendo. Et idem de pane, quem homo comedit, quem vegetat sua vegetativa et convertit in speciem suae carnis. Et actus extraneus et accidentalis est ille, qui est de vegetativa et de pluvia et terra et de pane, de quibus dictum est. | Obiectum appropriatum et extraneum vegetativae potentiae est extra, quod non est de essentia vegetativae; sicut pluvia et terra, quas planta vegetat ipsas in suam speciem convertendo. Et idem de pane, quem homo comedit, quem vegetat sua vegetativa et convertit in speciem suae carnis. Et actus extraneus et accidentalis est ille, qui est de vegetativa et pluvia et terra et de pane, de quibus dictum est. |
| In pluvia et terra, et idem est de pane, est seminata et disposita vegetabilis, in elementatione sustentata. Et quoniam non est sub specie vegetationis, propter hoc non est de sua essentia. | In pluvia et terra, et idem est de pane, est seminata et disposita vegetabilitas in elementatione sustentata. Et quoniam non est specie vegetationis, propter hoc non est de sua essentia. | In pluvia et terra, et idem est de pane, est seminata et disposita vegetabilitas in elementatione sustentata. Et quoniam non est sub specie vegetationis, propter hoc non est de sua essentia. |
| 4. Sed quia cum illa participat in natura et est similis in specie cum vegetabilitate intra, convertit potentia vegetabilitatem extra in speciem, quae est intra. | Sed quia cum illa participat in natura et est similis in specie cum vegetabilitate intra, ideo convertit potentia vegetabilitatem extra in specie, quae est intra. | Sed quia cum illa participat in natura et est similis in specie cum vegetabilitate intra, convertit potentia vegetabilitatem extra in specie, quae est intra. |
| 5. Idcirco vivit vegetabilitas intra de vegetabilitate extra, et actus intra de actu, qui est extra. | Idcirco vivit vegetabilitas intra de vegetabilitate extra, et actus intra de actu, qui est extra. | Idcirco vivit vegetabilitas intra de vegetabilitate extra, et actus intra de actu, qui est extra. |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| 6. Ad vegetationem extra concurrunt naturae et proprietates primorum principiorum. Et idem de elementativa. Et una potentia aliam iuvat, et unum obiectum aliud, et unus actus alium. Et illud iuvamen in ordine est positum secundum concordantiam primorum principiorum et elementorum corporum caelestium. | Ad vegetationem extra concurrunt naturae et proprietates primorum principiorum. Et idem de elementativa. Et una potentia aliam iuvat, et unum obiectum aliud, et unus actus alium. Et illud iuvamen in ordine est positum subiectum concordantiam primorum <plurimorum B> principiorum et elementorum et corporum caelestium. | Ad vegetationem extra concurrunt naturae et proprietates primorum principiorum. Et idem de elementativa. Et una potentia aliam iuvat, et unum obiectum aliud, et unus actus alium. Et illud iuvamen in ordine est positum secundum concordantiam primorum principiorum et elementorum et corporum caelestium. |
| (R 531v) Et quia ibi est contrarietas, per illam est impedita in aliquibus partibus, quam in aliis vegetationi contradicit et impedit obiecta et actus, qui sunt extra. | Et quia ibi est contrarietas, per illam est impedita in aliquibus partibus, quae in illis vegetationem contradicit et impedit obiecta et actus, qui sunt extra. | Et quia ibi est contrarietas, per illam est impedita in aliquibus partibus, quae vegetationi contradicunt et impediunt obiecta et actus, qui sunt extra. |
| 7. Vegetativa potentia diffusa est in pluribus speciebus. Et in qualibet specie est specificata. Et separabile habet obiectum et actum; sicut in pruno et ceraso et piscibus, equo, grue et homine; et sic de aliis speciebus. | Vegetativa potentia diffusa est in pluribus speciebus. Et in qualibet specie est specifica. Et speciale habet obiectum et actum; sicut in pomerio et ceraso et piscibus et <et] *om.* E>, equo, grue et homine; et sic de aliis speciebus. | Vegetativa potentia diffusa est in pluribus speciebus. Et in qualibet specie est specifica. Et speciale habet obiectum et actum; sicut in pomerio, ceraso et piscibus, equo, grue et ceteris. |
| 8. Potentia vegetativa est inserta in elementativa, sicut pirus in pomerio. Et sicut pirus convertit in speciem suam id, quod venit de pomerio, sic vegetativa convertit in suam speciem id, quod venit de elementativa. | Potentia vegetativa est inserta in elementativa, sicut pirus in pomerio. Et sicut pirus in suam speciem convertit illud, quod (ROL 127) venit de pomerio, vegetativa convertit in sua specie id, quod venit de elementativa. | Potentia vegetativa est inserta in elementativa, sicut pirus in pomerio. Et sicut pirus in suam speciem convertit illud, quod venit de pomerio, sic vegetativa convertit illud, quod venit de elementativa. |
| 9. Secundum quod vegetativa potentia in suam speciem convertit hoc, quod accipit de elementativa, sic convertit obiectum, quod | Secundum quod vegetativa potentia in suam speciem convertit hoc, quod accipit de elementativa, sic convertit obiectum, quod est | Et sic convertit obiectum, quod est extra, in obiectum, quod est intra; et actum, qui est extra, in actum, qui est intra, in tantum |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| (R 532r) est extra, in obiectum, quod est intra. Et actum, qui est extra, in actum, qui est intra, in tantum quod totum ad suam speciem trahit et naturam. | extra, in obiectum, quod est intra. Et actum, qui est extra, in actum, qui est intra, in tantum quod totum ad suam speciem trahit et naturam. | quod totum in suam speciem trahit atque naturam. |
| 10. Sicut vegetativa piri est inserta in pomerio, ita est inserta in substantia sensata, vegetativa substantiae sensatae in vegetativa, quae venit per comedere et bibere. Et illa, quae est intra, convertit illam, quae est extra, in speciem suam. Et idem de obiectis et actibus extra, conversis in obiecta et actus, qui sunt intra. | Sicut vegetativa piri inserta est in pomerio et inserta in substantia sensata, vegetativa substantiae sensatae in vegetativa, quae venit pro comedere et bibere. Et illa, quae est intra, convertit illam, quae est extra, in speciem suam. Et idem de obiectis et actibus extra, conversis in obiectis et actibus, qui sunt intra. | Sicut vegetativa piri inserta est in pomerio, sic in substantia sensata vegetativa substantiae sensatae inserta est in vegetativa, quae venit ·per comedere et bibere. Et illa, quae est intra, convertit illam, quae est extra, in speciem suam. Et idem de obiectis et actibus extra conversis in obiectis et actibus, qui sunt intra. |
| 11. Sicut de piro, inserto in pomerio, fit una arbor et una communis substantia, ita fit una vegetativa de pomerio et piro. Et illa est communis et quae est de partibus specificis. Et idem de vegetativa substantiarum. Idcirco in substantiis vegetativis sunt proprietates et naturae, et plures in sensatis. | Sicut de piro, inserto in pomerio, fit una arbor et una communis substantia, fit una vegetativa de pomerio et piro. Et illa est communis et quae est de partibus specificis. Et idem de vegetativa substantiarum sensatarum. Idcirco in substantiis vegetatis sunt plures proprietates et naturae, et plus in sensatis. | Sicut de piro, inserto in pomo, fit una arbor et · una communis substantia, sic fit una vegetativa de pomerio et piro. Et illa est communis, quae est de partibus specificis, et idem de vegetativa substantiarum sensatarum. Idcirco substantiis vegetatis sunt plures proprietates et naturae, et plus in sensatis. |
| | | Sicut eadem terra in horto diffusa est in plures species arborum per differentia agentia naturalia, quorum quodlibet terram attrahit et ipsam in suam speciem convertit, sic vegetativa generalis est diffusa et divisa in inferioribus per genera, species, individua, differentia per species et numeros. |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| II.3<br>(R 532v) De potestate sensitiva et suo obiecto et actu<br><br><De sensu communi> | (B 16r E 104r ROL 129) Communis sensus cognitio<br><br>Sensus communis est insensibilis in se. Ideo non est etiam imaginabilis nec chimaerativae et figmentaneae. Est tamen configurabilis sua communitas in suis particularibus simul et etiam in qualibet communitate cuiuslibet sensus particularis. Sicut in visu, qui est potentia communis ad videndum diversos colores. Per istas communes particularitates sensus communis intus significatur, qui appellatur potentia sensit illa, per quam sunt res sensatae. Et ipsa est fons; et sua particularia sunt rivi per diversitates organorum et instrumentorum et obiectorum. Et haec potentia est in agente naturali unio, quod animatum actu deducit de potentia ad actum per sentire famem, sitim, calorem, frigiditatem et cetera, per delectationem maris et femellae in conservatione speciei, et in cibo et potu, in conservatione individui, propter quae ipse est. Et si non esset iste sensus, esset in natura defectus et vacuum in operibus naturae. Essent etiam particulares sensus de nihilo, cum sint essentialiter de isto derivati. Et sensus communis est de illis. Oportet etiam, quod illa particularia reducantur ad aliquod primum commune sui generis, cum | <De potentia sensitiva> |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
| --- | --- | --- |
| | quo participent <participetur B> et est illud, quod distinguitur cum potentiis aliis vegetativa, elementativa.<br><br>Ratio, quare videri nec tangi potest sensus communis, est ratione substantialitatis suae materiae, quae est communis ad suos particulares sensus. Sicut calor ignis, qui est communis calori piperis gignibilis, <et alii *add.* B> qui sunt particulares calores. Etiam similiter de visu particulari, qui iudicium facit de diversis coloribus. Et secundum quod sensus communis recipit beneficium ab elementativa et vegetativa, sic communis sensitiva diversa obiecta vivificat et sensat, quibus sua particularia sustentantur, quae sunt de natura elementali et vegetabili, quoniam sensus communis est ille, qui in sua specie et in suis particularibus, qui sunt de sua essentia, utitur de elementali et vegetabili, sicut superior insertio utitur per inferiores truncos chaos in terra reperto per immediatos radices.<br><br>(ROL 130) Sicut vegetativa et elementativa sunt potentiae communes et quaelibet habet suas potentias inferiores, elementativa: ignem <ignem] *om.* B>, aerem, aquam, terram; vegetativa: appetitivam vel attractivam, retentivam, digestivam, expulsivam, sic est sensitiva communis potentia, habens suas | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| | inferiores potentias, sensus particulares: visum, auditum et cetera. Quod si non, perderetur unus gradus nobilis in ordine naturae et universi.<br><br>Sicut secundum cursum naturalem oportet, quod vegetativa et elementativa sint, oportet magis fortius esse sensitivam communem potentiam, cum sensitiva dicat magis de esse, actu et perfectione. Unde etiam sicut elementativa communis potentia et vegetativa communis potentia sunt de primis formis et concreatae cum primis principiis, oportet etiam communem sensitivam esse cum eis concreatam. Et si sic non esset, essent sensibilitates universales de particularibus et non de universalibus. Sicut lapis et pomum, quae non essent naturaliter visibiles neque frigiditas lapidis sensibilis nec sapor pomi nec sensitiva participat cum formis universalibus primariis nec cum vegetativa nec elementativa. Et sic sensitiva non reciperet crementum nec esse posset generatio. Et cum Petrus moreretur et suus equus et falco, annihilaretur sensitiva omnium tamen, quia non haberent subiectum generale, in quo essent sustentata. Sicut si anulus Petri, qui est de auro, fusus esset et sua materia annihileretur et nihil esset aurum et pirum, pomum et cetera essent vacua visibilitate, quod natura sustinere non potest, | |

| **Roma BN Vitt. Emm** | **Electorium/Breviculum** | **Cusani excerpta** |
|---|---|---|
| | quia sustineret vacuum; quod est impossibile et contra naturam totius et partium. | |
| | Sensus communis est pars substantialis substantiae sensatae. Et propter hoc est de essentiali sensitivo, sensibili et sentire, qui sunt de sua essentia et ipsa <ipsa] materia B> de illis. Nam sine istis non posset esse pars substantialis. Et sicut sensus communis est de istis tribus, sic quilibet sensus particularis est constitutus essentialiter de tribus concretis suis propriis, sicut visus ex visivo, visibili, videre; et sic de aliis. | |
| | Sensitiva communis → | |
| 1. Potestas sensitiva est potestas sentiendi. Cuius obiectum est sensibile et sensatum sive sensificatum. Et suus actus est sentire. Et ex iis est sensus communis. Et ipsa sunt de ipso. Et sensus diffusus est in sex sensus particulares, qui sunt: Visus, auditus, odoratus, gustus et tactus et affatus. Et quilibet istorum sensuum est per potentiam, obiectum et actum. | (ROL 131) Potentia sensitiva ergo est potestas sentiendi. Cuius obiectum est sensibile sentitum. Et suus actus est sentire. Et ex his est sensus communis, et ipsa sunt de ipso. Et ipse est diffusus in sex sensus particulares: visu, auditu et cetera. | Potentia sensitiva est potestas sentiendi. Cuius obiectum est sensibile et sensatum. Et suus actus sentire. Et ex iis est sensus communis, qui est diffusus in sex sensus particulares, scilicet visum, auditum et cetera. Et quilibet sensum est per potentiam, obiectum et actum. |
| 2. Sensus communis, et suae partes, concreatus est in primis principiis. Et est productus de potentia in actum, quia agens naturale sensatum. Et transit per potestatem elementandi et vegetandi, ut sua natura et suae | Et est concreatus et suae partes, scilicet sensus particulares, in primis principiis. Et est productus per generationem de potentia ad actum per agens naturale sensatum. Et transit per potestatem elementandi et vegetandi, | |

| **Roma BN Vitt. Emm** | **Electorium/Breviculum** | **Cusani excerpta** |
|---|---|---|
| proprietates concordantiam habeant et participationem cum potestate elementandi et vegetandi et (R 533r) cum eorum proprietatibus. | ut sua natura et suae proprietates concordantiam habeant per participationem cum potestate elementandi, vegetandi et cum eorum proprietatibus. | |
| | | Et procede eodem modo sicut in vegetativa ad inquirendam eius naturam. Est enim sensus communis concreatus primis principiis. Et est productus de potentia in actum per agens naturale sensatum. Et transit per potestatem elementandi et vegetandi, ut sua natura et suae proprietates concordantiam habeant et participationem cum potestate elementandi et vegetandi et cum eorum proprietatibus et cetera. |
| 3. Sicut de pomo, quae est inserta in caule, et de piro, quae in illa pomo inserta, sequitur unum corpus, qualibet specie retinente suam naturam et potestatem, sic est sensus communis cum elementativa et vegetativa; et de omnibus tribus est unum corpus elementatum et vegetatum et sensatum. | Sicut pomerium est insertum in caule et super pomerium inseritur pirus et ex omnibus sequitur unum corpus, una arbor, qualibet specie retinente suam naturam et proprietatem, sic est de sensu communi, qui insertus est in vegetativa et vegetativa in elementativa, quolibet retinente suam propriam naturam et proprietatem. Et ex omnibus tribus est unum corpus loco caulis elementatum, vegetatum loco pomerii, sensatum loco piri similitudinarie. | |
| 4. Sicut in pipere est calor in altiori gradu, quam alia qualitas, ita est in corpore sensato sensitiva in altiori gradu bonitatis, potestatis | Sicut in pipere est ignis in altiori gradu, quam aliqua alia qualitas, est in corpore sensato sensitiva in altiori gradu potestatis et | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
| --- | --- | --- |
| et virtutis et finis, quam elementativa et vegetativa. | virtutis et finis, quam sit vegetativa nec elementativa. | |
| Sicut ignis in pipere suum obiectum et actum habere non potest sine iuvamine terrae et aeris, sic sensitiva suum obiectum et actum habere non potest sine iuvamine elementativae et vegetativae. | → Et sicut ignis in pipere non potest habere suum obiectum et actum sine iuvamine aeris et terrae, sic sensitiva habere non potest obiectum et actum sine iuvamine elementativae et vegetativae, ut patet in insertione, quod superior non habet nutrimentum sine inferioribus. | |
| | Quemadmodum corpus hominis constituitur ex carne, osse et nervis, ita sensus communis existit extensive compositum ex elementativa, vegetativa et sensitiva. Et eius figura apparet in litore hominis corporis et sua figura. Et color, quem accipit de sanguine, figura est sensus communis per communitatem corporis hominis de natura, cuius particulares sensus faciunt iudicium. Et est de natura corporali, ut sit pars substantialis corporis et ut non sit pars accidentalis et minor aliis. | |
| | Accidentia istius sensus communis sunt quantitas, qualitas et cetera appropriata sub ratione sentiendi, quae accidentia sunt mota in suis extremitatibus, quae sunt sua particularia. Et ille motus stat primo in potentia sensus communis, et influitur in opere actuali | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| | suorum particularium, videndo et cetera. | |
| | Sensus communis est bonus →<br>← Et sicut ignis in pipere | |
| (R 533v) 5. Sensitiva est corpus mixtum cum alio per compositionem, sicut est unum elementum in alio, quolibet existente corpore mixto in alio, unde unum corpus resultat compositum elementatum. Et oportet, quod sensitiva sit corpus, ut sit substantia, per quam magis bona, potens, virtuosa et volibilis esse possit in fine, quam elementativa, quae est corpus et substantia; et idem de vegetativa. Sed sensitiva ista habere non posset, si esset accidens, aut si non esset corpus. Sine quo esset substantia spiritualis, et non haberet naturam sentiendi, et esset et non esset. | → Sensitiva communis est corpus mixtum cum alio per compositionem; sicut unum elementum cum alio, quolibet existente corpore mixto in alio, unde unum corpus resultat compositum, elementatum, vegetatum, sensatum. Et oportet, ut sensitiva sit corpus, ut sit substantia, per quam magis sit bona, magis potens et cetera et magis nobilis in fine, quam elementativa aut vegetativa quod esse non posset, si sensitiva esset accidens et non substantia, aut non corpus, sine quo esset substantia spiritualis et tunc non haberet naturam sentiendi. Et sic esset et non esset; quod est impossibile. | |
| 6. Sensus communis bonus est, quia est de bonitate; et est magnus, quia est de magnitudine; durat, quia est de duratione; (R 534r) et potens est, quia est de potestate; et habet instinctum, appetitum et virtutem et alia principia, quoniam est de ipsis; et quia est de differentia, est per ipsam in sex sensus particulares distinctus, qui sunt per differentiam differentes, sicut sunt boni per bonitatem, et magni per magnitudinem; et sic de aliis. Et quia sensus particulares sunt diffe- | ← Sensus communis est bonus, quia est de bonitate, et potens, quia est de potentia et cetera. Et habet instinctum, appetitum, virtutem. Et quia est de differentia, est per ipsam in sex particulares sensus et sunt per eam differentes. Et quia sunt ita distincti, oportet, quod habeant diversa organa et diversa instrumenta, sine quibus <quo B> habere non possent <posset B> diversa obiecta. | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| rentes, oportet, quod habeant organa diversa et instrumenta, sine quibus non posset habere obiecta distincta et actus. | | |
| 7. Quia sensus particulares sunt de sensu communi, retinent naturam et proprietatem illius. Idcirco quilibet sensus naturam habet et proprietatem communem ad faciendum plura iudicia; sicut visus, qui facit diversa iudicia in videndo plures differentes colores et figuras; et gustus, qui gustando attingit plures differentes (R 534v) sapores; et sic de aliis sensibus suo modo. | (ROL 132) Quia particulares sensus sunt de communi sensu, retinent naturam et proprietatem illius. Ideo quilibet habet naturam et proprietatem communem ad faciendum plura iudicia; ut visus diversos colores et figuras, et sic attingit quaelibet plura obiecta et cum uno actu eodem. | |
| 8. Idcirco quilibet sensus cum una potentia sibi propria attingit plura obiecta, et cum uno et eodem actu; sicut visus, qui cum una visitivitate et cum uno actu, qui est videre, plures visibilitates attingit. Quoniam sensus communis est de sensitivitate seu sensibilitate et de sentire, est quilibet sensus de sua propria forma, materia et actu. Et quia sensui communi appropriati sunt obiectum et actus extranei, habet quilibet sensus particularis appropriatum, extraneum et accidentale obiectum et actum; sicut visus, qui colorem attingit flammae et lapidis et arboris; et auditus sonum tonitruum et martelli; et actus, qui est colorem videre, est accidentalis; et idem de audire sonum. Quoniam, si esset | | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| sub(R 535r)stantia, quando visus non videret, sua substantia corrumperetur; et idem de aliis sensibus. Et suum dormire esset contrarium; quod est impossibile. | | |
| 9. Quando virtus alicuius sensus perditur per destructionem organi, restauratur in sensu communi. Et est in illo in potentia. Et idem est, quando organum est male dispositum; sicut oculi, qui dormiunt, qui non sunt dispositi ad videndum, dum dormiunt; et idem de parvo, qui cum natus est, non videt in continenti; et idem de gustu in infirmo. Idcirco secundum quod organum se extendit ad dispositionem sentiendi, extendit sensus suam essentiam et virtutem in sensu particulari. | Quando virtus alicuius sensus perditur per destructionem organi, restauratur in sensu communi. Et est in illo in potentia <materia E>. Et idem est, quando organum est male dispositum, ut, quando oculi dormiunt, eorum actus est in potentia in sensu communi. | |
| II.3.1.<br>De potentia visiva et suo obiecto et actu | (B 17r E 106v ROL 143) Visivae potentiae cognitio | <De potentia visiva> |
| (R 535v) 1. Potentia visiva est potestas sentiendi colorem et figuram. Et suum obiectum est visibile et visum. Et suus actus est videre. | Potentia visiva est potestas sentiendi colorem et figuram. Et suum obiectum est visibile et visum. Et suus actus est videre. | Potentia visiva est potestas sentiendi colorem et figuram. Et suum obiectum est visibile et visum. Et suus actus videre. |
| 2. Proprium obiectum visibilitatis est visibilitas, quae est de essentia visus. Et suus actus est videre, quod est de essentia visus. | Proprium obiectum visibilitatis est visibilitas, quae est de essentia visus. Et suus proprius actus est videre, quod est de essentia visus. | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| Et suum obiectum appropriatum est visibilitas colorum et figurarum, quae non sunt de essentia et specie visus; sicut color lapidis et arboris et eorum figurarum. | Et suum obiectum appropriatum est visibilitas colorum et figurarum, qui non sunt de essentia et specie visus; sicut color lapidis et arboris et eorum figurae. | Obiectum appropriatum (est) visibilitas colorum et figurarum extraneorum. |
| Et actus appropriatus est ille, quem visus habet in videndo colorem et figuram. Et obiectum extraneum et actus sunt accidentia, quia habent subiecta extranea, quae non sunt de essentia visus. | Et actus appropriatus est ille, quod visus habet in videndo colorem et figuram. Et obiectum extraneum et actus sunt accidentia, quia habent subiecta extranea, quae non sunt de essentia visus. | |
| 3. Instrumenta visus sunt naturae et proprietates principiorum, quae sunt in poten(R 536r)tia innata et in suo proprio obiecto et actu, quoniam ratione bonitatis bonum est videre, et ratione magnitudinis magnum est videre, et per potestatem potest esse, et per finem oportet ipsum esse, ut ex ipso sequatur utilitas et perfectio naturae; et sic de aliis principiis. | Instrumenta visus sunt naturae et proprietates primorum principiorum, quae sunt in potentia innata et in suo proprio obiecto et actu, quoniam ratione bonitatis bonum est videre, et ratione magnitudinis magnum est videre, et per potestatem potest esse, et per finem oportet ipsum esse, ut ex ipsa sequatur utilitas et perfectio naturae; et sic de aliis principiis. | Instrumenta visus sunt naturae et proprietates primorum principiorum, quae sunt in potentia innata et in suo obiecto et actu, quoniam ratione bonitatis bonum est videre et ratione magnitudinis magnum etc. |
| 4. Lux et diaphanitas sunt instrumenta ad videndum. Et sunt instrumenta potentiae appropriata, quoniam sine ipsis non posset potentia videre. Et idem est de oculis, qui sunt organum et instrumenta ad videndum. | Lux et diaphanitas sunt instrumenta ad videndum. Et sunt instrumenta potentiae appropriata, quoniam sine ipsis non posset potentia videre. Et idem est de oculis, qui sunt organa et instrumenta ad videndum. | Instrumenta appropriata potentiae visivae sunt lux et color et organa. |
| 5. Ad videndum necessarium est, quod sint similitudines, quae sunt species innatae. Et sunt de proprio obiecto potentia visus et de | Ad videndum necessarium est, quod sint similitudines, quae sunt species innatae. Et sunt de proprio obiecto potentiae visivae, et | Ad videndum sunt necesse species innatae, quae sunt de proprio obiecto et de appropriato et de proprio actu et de appropriato, |

| **Roma BN Vitt. Emm** | **Electorium/Breviculum** | **Cusani excerpta** |
|---|---|---|
| appropriato, et de proprio actu et appropriato, de quibus supra dictum est. Et illae similitudines et species sunt instrumenta ad videndum, quoniam (R 536v) potentia accipit de obiecto extraneo similitudinem et in suo proprio obiecto ponit illam, et ipsam in illo convertit. Et ex illa conversione sequitur actus potentiae, qui est appropriatus et sustentatus in actu proprio; sicut vegetativa, quae in suo proprio obiecto convertit obiectum appropriatum, et in actu proprio actum appropriatum. | de appropriato, et de proprio actu, de quibus supra dictum est. Et illae similitudines et species sunt instrumenta ad videndum, quoniam potentia accipit de obiecto extraneo similitudinem et in suo proprio obiecto ponit illam, et ipsam in illo convertit. Et ex ipsa conversione sequitur actus potentiae, qui est appropriatus et sustentatus in actu proprio; sicut vegetativa, quae in suo proprio obiecto convertit obiectum appropriatum, et in actu proprio actum appropriatum. | et extrinsecum convertitur in intrinsecum; sicut in vegetativa dictum est. |
| 6. Ad videndum oportet habere spatium, quod sit inter oculos et obiectum extraneum coloratum, quod habeat figuram. Et illud spatium est linea sustentata in aere, quae habet colorem per lucem solis aut ignis et diaphanitatem per aerem. Et illa linea cum obiecto participat, quod est intra oculos, et cum appropriato extra oculos. Et per illam participationem et per naturas et proprietates et per instrumenta, (R 537r) de quibus dictum est, potentia attingit similitudinem obiecti extranei in suo proprio obiecto, quod est intra; sicut homo, qui cum uno baculo lapidem tangit, et cum manu duritatem lapidis sentit, baculo participante cum manu et cum lapide per contactum. | Ad videndum oportet habere spatium, quod sit intra oculos et obiectum extraneum coloratum, quod habeat figuram. Et illud spatium est linea sustentata in aere, quae habet colorem per lucem solis aut ignis et diaphanitatem per aerem. Et illa linea cum obiecto participat, quod est intra oculos, et cum appropriato extra oculos. Et per illam participationem et per naturas et proprietates et per instrumenta, de quibus dictum est, potentia attingit similitudinem obiecti extranei in suo proprio obiecto, quod est intra; sicut homo, qui cum uno baculo lapidem tangit et cum manu lapidis duritiem sentit, baculo participante cum manu et cum lapide <rapide B> per contactum. | Requiritur ad visionem linea inter oculum et obiectum extrinsecum, quae est sustentata in aere et illuminata per solem vel ignem. Et talis linea participat cum obiecto intrinseco et extrinseco. Et ideo per talem lineam potentia attingit similitudinem obiecti extrinseci in suo proprio obiecto, quod est intra; sicut homo, qui cum uno baculo lapidem tangit et cum manu duritiem lapidis sentit, baculo participante cum manu et cum lapide per contactum. |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| 7. Sicut potentia visiva habet instrumentum et appetitum videndi, habet potestatem et virtutem videndi, cum ita sit, quod potestas et virtus sint tantum deputata principia ad videndum; sicut instinctus et appetitus visus. Idcirco potestas et virtus disponunt possibilitatem videndi, et instinctus naturalis ipsam ordinat, et appetitus potentiae ipsam desiderat, et finis ipsam perficit; et sic de aliis principiis, quoniam quilibet suum habet officium. | (ROL 144) Sicut potentia visiva habet instinctum et appetitum videndi, habet potestatem et virtutem videndi, cum ita sit, quod potestas et virtus sint tantum <tamen B> deputata principia ad videndum; sicut instinctus et appetitus visus. Idcirco potestas et virtus disponunt possibilitatem visus vel videndi, et instinctus naturalis ipsam ordinat, et appetitus potentiae ipsam desiderat, et finis ipsam perficit; et sic de aliis principiis, quoniam quodlibet habet suum officium. | Sicut potentia visiva habet instinctum et appetitum videndi, (ita) habet potestatem et virtutem; idcirco potestas et virtus disponunt possibilitatem videndi, et instinctus naturalis ipsam ordinat, et appetitus potentiae ipsam desiderat, et finis ipsam perficit; et sic de aliis principiis, quoniam quodlibet suum habet officium. |
| (R 537v) 8. Sicut intellectus illuminat voluntatem et ostendit sibi hoc, quod bonum est et malum, ita lux colores illuminat et figuras, et ipsas potentiae visivae ostendit, ut de ipsis iudicium faciat. Et sicut voluntas appetitum habet ad suam similitudinem sui proprii obiecti, et natura illum appetitum perficit, ut non sit vacua, et ut sua principia non sint otiosa. | Sicut intellectus illuminat voluntatem et ostendit sibi hoc, quod bonum est et malum, ita lux colores illuminat et figuras, et ipsas potentiae visivae ostendit, ut de ipsis iudicium faciat. Et sicut voluntas appetitum habet ad suam similitudinem, ita potentia visiva appetitum habet ad similitudinem sui proprii obiecti. Et natura illum appetitum perficit, ut non sit vacua, et ut sua principia non sint otiosa. | Sicut intellectus illuminat voluntatem et ostendit sibi hoc, quod bonum est et malum, ita lux colores illuminat et figuras, et ipsas potentiae visivae ostendit, ut de ipsis iudicium faciat. Et sicut voluntas appetitum habet ad suam similitudinem, ita potentia visiva appetitum habet ad similitudinem sui proprii obiecti. Et natura appetitum illum perficit, ut non sit vacua, et ut sua principia non sint otiosa. |
| 9. Visus ita est per potentiam propriam, obiectum et actum, sicut substantia per suam propriam formam et materiam. Et sicut substantia habet accidentia, cum quibus perficit finem, propter quem est agens cum illis, ita visus habet accidentia, cum quibus agit et finem perficit, propter quem est, videlicet | Visus ita est per propriam potentiam, obiectum et actum, sicut substantia per propriam suam formam et materiam. Et sicut substantia habet accidentia, cum quibus perficit finem, propter quem est agens cum illis, ita visus habet accidentia, cum quibus agit et finem perficit, propter quem est, videlicet | Visus est per potentiam, obiectum et actum, sicut substantia per suam formam et materiam; et sicut substantia habet accidentia, cum quibus perficit finem, propter quem est agens cum illis, ita visus habet accidentia, cum quibus agit et finem perficit, propter quem est, videlicet quia substantia sensata |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| quod substantia sensata modum habeat vivendi et participandi cum aliis substantiis, et quod imaginatio cum memoria (R 538r) retinere possit colores et figuras in absentia videndi, et quod intellectus habitum scientiae acquirere possit, et ut voluntas hoc, quod desiderat, attingere possit. | quod substantia sensata modum habeat vivendi et participandi cum aliis substantiis, et quod imaginatio cum memoria retinere possit colores et figuras in absentia videndi, et quod intellectus habitum scientiae acquirere possit, et ut voluntas hoc, quod desiderat, attingere possit. | modum habeat videndi et participandi cum aliis substantiis, et quia imaginatio cum memoria possit colores et figuras in absentia videndi, et quia intellectus habitum scientiae adquirere possit, et ut voluntas hoc, quod desiderat, adquirere possit. |
| 10. Potentia visiva se ipsam videre non potest. Et si non haberet proprium obiectum et proprium actum, quae essent de sua essentia, suam perfectionem non haberet in se ipsa, sed haberet extra se ipsam obiectum extraneum et actum, et esset primis principiis vacua, et non haberet instrumentum nec appetitum naturalem; quod est impossibile. | Potentia visiva se ipsam videre non potest. Et si non haberet proprium obiectum et proprium actum, qui essent de sua essentia, suam perfectionem non haberet in se ipsa, sed haberet extra se ipsum obiectum extraneum et actum, et esset de primis principiis vacua, et non haberet instinctum nec appetitum naturalem; quod est impossibile. | Potentia visiva se ipsam videre non potest; et si non haberet proprium obiectum et actum de sua essentia, suam perfectionem non haberet in seipsa, sed haberet extra se obiectum extraneum et actum, et esset primis principiis vacua, et non haberet instinctum nec appetitum naturalem; quod est impossibile. |
| II.3.2<br>De potentia auditiva et suo obiecto et actu | (B 17v E 107r ROL 147) Auditivae potentiae cognitio | |
| 1. Potentia auditiva est potestas audiendi. Et suum obiectum est audibilitas et auditum. Et suus actus est audire. | Potentia auditiva est potestas audiendi. Et suum obiectum est audibilitas et auditum. Et suus actus est audire. | Sicut de visu dictum est, ita conformiter de aliis sensibus dicendum est, et vide **Libellum de affatu**, ubi de sensibus plura continentur etc. |
| Sonus tonitrui, maris et martelli, qui clavum percutit, est audibilis, quamvis non sit de (R 538v) essentia et specie auditus. Et illa audibilitas est appropriata subiecto, in quo est sustentata, ut potentia auditiva audire possit. | Sonus tonitrui, maris et martelli, qui clavum percutit, est audibilis, quamvis non sit de essentia et specie auditus. Et illa audibilitas est appropriata subiecto, in quo est sustentata, ut potentia auditiva audire possit. | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| 2. Absque medio, quod sit de essentia et natura auditus, potentia attingere non posset audibilitatem soni tonitrui et aliarum substantiarum, ex quibus exit sonus, cum percutiuntur. Et illud medium est audibilitas, quae est intra, quae est de essentia sensus. Et in illa potentia audibilitatem extra attingit, quae est sonus. | Absque medio, quod sit de essentia et natura auditus, potentia attingere non posset audibilitatem soni tonitrui et aliarum substantiarum, ex quibus exit sonus, cum percutiuntur. Et illud medium est audibilitas, quae est intra, et est de essentia sensus. Et in illa potentia audibilitatem extra attingit, quae est sonus. | |
| 3. Si potentia obiectum non haberet, quod esset de natura et essentia sensus, esset suum obiectum extra naturam et speciem potentiae, et audire de audire non esset et esset; ita, sicut martellus, qui facit clavum de ferro et non de ferro; quod est impossibile. Est ergo intra potentiam audibilitas propria, quae est de essentia (R 539r) et natura sensus, et in illa nascitur audibilitas extra, inducta audibilitate, quae est intra. | Si potentia obiectum non haberet, quod esset de natura et essentia sensus, esset suum obiectum extra naturam et speciem potentiae, et audire de audire non esset et esset; ita, sicut martellus, qui faceret clavum de ferro et non de ferro; quod est impossibile. Est igitur intra potentiam audibilitas propria, quae est de essentia et natura sensus, et in illa nascitur audibilitas extra, deducta in audibilitatem, quae est intra. | |
| 4. Ad audiendum concurrunt naturae et proprietates principiorum sensus. Idcirco potentia, quae audit, bona est per bonitatem, et magna per magnitudinem, et potens per potestatem, et virtuosa per virtutem; et sic de aliis. Et idem est de bonitate, magnitudine et ceteris, quas habent obiectum et actus potentiae. Sed hoc esse non posset, si potentia proprium obiectum non haberet et actum, qui esset de essentia sensus. | Ad audiendum concurrunt naturae et proprietates principiorum sensus. Idcirco potentia, quae audit, bona est per bonitatem, et magna per magnitudinem, et potens per potestatem, et virtuosa per virtutem; et sic de aliis. Et idem est de bonitate et magnitudine et ceteris, quas habent obiectum et actus potentiae. Sed hoc esse non posset, si potentia proprium obiectum non haberet et actum, quod esset de essentia sensus. | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| 5. Ad audiendum ita est sonus et vox instrumentum, sicut lux et diaphanitas ad videndum. Et subiectum instrumenti est aer, qui est percussus, et participat cum auribus et cum percussione. Et ipse aer motus est per percussionem. Et quia aures sunt (R 539v) instrumenta audiendi, et aer cum illis participat, et est sensatus in essentia illarum, accipit potentia sonum intra essentiam aurium, quae sunt sensatae de potentia, proprio obiecto et actu. | Ad audiendum ita est sonus et vox instrumentum, sicut lux et diaphanitas ad videndum. Et subiectum instrumenti est aer, qui est percussus, et participat cum auribus et cum percussione. Et ipse cito motus est per percussionem. Et quia aures sunt instrumenta auditus, et aer cum illis participat, et est sensatus in essentia illarum, accipit potentia sonum intra essentiam aurium, quae sunt sensatae de potentia proprio obiecto et actu. | |
| 6. Quia potentia auditiva in natura participat cum elementativa, unde exit sonus, et illa participatio est de bonitate et de aliis principiis primis, ex quibus bonitas specifica potentiae consistit et specifica bonitas soni, idcirco sonus dispositus est, ut audiatur. Et haec dispositio sustentata est in specie audibilitatis, divisae in audibilitatem, quae est de sensitiva, et in audibilitatem, quae est de sono. | Quia potentia auditiva in natura participat cum elementativa, unde exit sonus, et illa participatio est de bonitate et de aliis principiis, ex quibus bonitas specifica potentiae consistit et specifica bonitas soni. Idcirco sonus dispositus est, ut audiatur. Et haec dispositio sustentata est in specie audibilitatis, divisus in audibilitatem, quae est de sensitiva, et etiam in audibilitatem, quae est de sono. | |
| 7. Sicut manus se habet ad martellum, ut faciat clavum, se habet potentia ad sonum, ut ipsum audiat. Idcirco in primo motu sonus est obiectum potentiae. Sed sicut ma(R 540r)nus se habet ad clavum propter suam utilitatem, se habet potentia ad sonum prop- | Sicut manus se habet ad martellum, ut faciat clavum, sic se habet potentia ad sonum, ut ipsum audiat. Idcirco in primo (ROL 148) motu sonus est obiectum potentiae. Sed sicut manus se habet ad clavum propter suam utilitatem, sic se habet potentia ad sonum prop- | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| ter suam utilitatem. Et illa utilitas, quam potentia investigat, est audibilitas sensus, quae est de sua essentia, ad quam se habet per ultimam formam, motum et finem. | ter suam utilitatem. Et illa utilitas, quam potentia investigat, est audibilitas sensus, quae est de sua essentia, ad quam se habet per ultimam formam, motum et finem. | |
| 8. Similitudo soni aut vocis exit in audibilitatem in specie sensus, qui ipsam accipit. Et audibilitas soni non exit in actum sine sensu; sicut audibilitas soni tonitrui, quae non exit in actum in homine surdo nec in regionibus, in quibus animalia non habitant. | Similitudo soni aut vocis exit in audibilitatem, in speciem sensus, qui ipsam accipit. Et audibilitas soni non exit in actu sine sensu; sicut audibilitas soni tonitrui. Et sic de similibus, quae non exit in actu in homine surdo nec in regionibus, in quibus animalia non habitant. | |
| 9. Est ergo potentia auditiva potestas, quae accipit audibilitatem soni tonitrui; et sic de similibus. Et ipsam accipit in sua audibilitate, in qua speciem, quae est extra, transmutat in speciem, quae est intra; sicut (R 540v) vegetativa, quae speciem panis in speciem carnis transmutat. | Est ergo potentia auditiva potestas, quae accipit audibilitatem soni tonitrui; et sic de similibus. Et ipsam accipit in sua audibilitate, in qua speciem, quae extra est, transmutat in speciem, quae est intra; sicut vegetativa, quae speciem panis in speciem carnis transmutat. | |
| II.3.3<br>De potentia odorativa et suo obiecto et actu | (B 17r E 106r ROL 141) Odorativae potentiae cognitio | |
| 1. Potentia odorativa est potestas sentiendi odorem. Et suum obiectum est odorabilitas. Et suus actus est odorare. | Potentia odorativa est potestas sentiendi odorem. Et suum obiectum est odorabilitas et odoratum. Et suus actus est odorare. | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| 2. Odorabile est principale obiectum potentiae odorativae, et odor est secundum. Et odor est de elementativa et vegetativa in flore per generationem, et in substantia, quae corrumpitur, per corruptionem, est de elementativa tantummodo. | Odorabile est principale obiectum potentiae odorativae, et odor est secundum. Et odor est de elementativa et vegetativa in flore per generationem, et si substantia, quae corrumpitur per corruptionem, est de elementativa tantummodo. | |
| 3. Odorabilitas floris aut cuiusvis alterius substantiae odorabilis est obiectum appropriatum et sustentatum per odorem in substantia subiecta odorabilitati. Et odorabilitas et aer sunt instrumenta po(R 541r)tentiae, quae in suo proprio obiecto, quod est odorabilitas, attrahit odorabilitatem floris et in illo ipsam attingit; sicut olea, inserta in oleastro, naturam oleastri in suam naturam, in qua ipsam per speciem transmutat. | Odorabilitas floris aut cuiuslibet alterius substantiae odorabilis est obiectum appropriatum et sustentatum per odorem in substantia subiecta odorabilitati. Et odorabilitas et aer sunt instrumenta potentiae, quae in suo proprio obiecto, quod est odorabilitas, attrahit odorabilitatem floris et in illo ipsam attingit; sicut olea, insertus in oleastro, qui naturam oleastri in sua natura, in qua ipsam per speciem transmutat. | |
| 4. Flos suum odorem influit in aere, cum quo participat; sicut ignis fumum. Et hoc facit flos, ut odorem, quem habet in se in potentia, extra in aerem transmittat, et ut potentia odorativa ipsam in aere accipiat in dicto odore. Et ipsum dat aeri sensato, qui est intra sensum, et potentia intra ipsum accipit, et per ipsum iudicium facit. | Flos suum odorem influit in aerem, cum quo participat; sicut ignis fumum. Et hic facit flos, ut odorem, quem habet in se in potentia, extra in aerem transmittat, et ut potentia odorativa ipsam in aere accipiat, induto odore. Et ipsum dat aeri sensato, qui est intra sensum, et potentia intra, et potentia intra ipsum accipit, et per ipsum iudicium fecit. | |
| 5. Si odorabilitas esset de essentia odoris, participaret flos odorabilis cum sensitiva sine | Si odorabilitas esset de essentia odoris, participaret flos odorabilis cum sensitiva sine aliis; | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| animali; cum ita sit, quod odorabile sit de specie sensitivae, videlicet propria (R 541v) odorabilitas; quod est impossibile. Est ergo odorabilitas de alia essentia, quae non est odor, et est de essentia sensus. | cum ita sit, quod odorabile sit de specie sensitivae, videlicet propria odorabilitas; quod est impossibile. Est ergo odorabilitas de alia essentia, quae non est odor, et est de essentia sensus. | |
| 6. Et est alia odorabilitas, quae est odori appropriata, quae est medium, cum quo sensus odorem floris attingit. Et ille odor ita nascitur in odorabilitate, sicut natura oleastri in natura oleae, in illo insertae. | Et est alia odorabilitas, quae est odori appropriata, quae est medium, cum quo sensus odorem floris attingit. Et ille odor ita nascitur in odorabilitate, sicut natura oleastri in natura oleae, in illo inserti. | |
| 7. Quia duo sunt genera odorabilitatis, unum proprium et alium appropriatum, sunt duo genera odorandi sive odorare: Unum est de proprio obiecto et potentia; aliud est de potentia et obiecto appropriato, in quo nascitur in sensu odor floris. | Quia duo sunt genera odorabilitatis, unum proprium et aliud appropriatum, sunt duo genera odorandi sive odorare: Unum est de proprio obiecto et potentia; aliud est de potentia et obiecto appropriato, in quo nascitur in sensu odor floris. | |
| 8. Odor floris, qui est in regione, ubi animal habitat, non habet aliquid, unde exeat, cum deficit sensus, quoniam non est potentia, quae ipsum ducat (R 542r) in actum; sicut audibilitas soni, quae non habet, in quo exeat, cum deficiat sensus, qui sonum attingit. Idcirco odor nascitur de flore, et odorabilitas est qualitas passiva, quam sensus in se producit de potentia in actum. | Odor floris, qui non est in regione, ubi animal non habitat, non habet aliquid, in quo exeat, quoniam non est potentia, quae ipsum ducat in actum, sicut audibilitas soni, quae non habet, in quo exeat, cum deficit sensus, qui sonum attingeret. Idcirco odor nascitur de flore, et odorabilitas est qualitas passiva, quam sensus in se producit de potentia in actum. | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| 9. Si odorabilitas esset de odore, sequeretur, quod semper, cum odor esset, quod odorabilitas esset, et forma floris produceret in actu odorabilitatem, et odoraretur sine sentire; quod est impossibile. Est ergo odorabilitas floris propria qualitas per se ipsam et contenta et ita in flore sustentata, sicut in igne calor et lux, quae non sunt de sua essentia, sed sua sunt instrumenta. | Si odorabilitas esset de odore, sequeretur, quod semper, cum odor esset, quod odorabilitas esset, et forma floris produceret in actu odorabilitatem, et odoraretur sine sentire; quod est (ROL 142) impossibile. Est ergo odorabilitas floris propria qualitas per se ipsam concreata et ita in flore sustentata, sicut in igne calor et lux, quae non sunt de sua essentia, sed sua sunt instrumenta. | |
| 10. Potentia appetit odorabilitatem extra, ut possit uti odorabilitate, quae est intra. Et illa, quae est intra, non sentitur, sed excitatur per illam, quae est extra; et (R 542v) per illam, quae est extra. Prima principia quietem habent in essentia sensus et in odorabilitate intra; sicut vegetativa animalis, quae quietem habet per vegetativam, quae venit de extra. | Potentia appetit odorabilitatem extra, ut possit uti odorabilitate, quae est intra. Et illa, quae est intra, non sentitur, sed excitatur per illam, quae est extra; et per illam, quae est extra. Prima principia quietem habent in essentia sensus et in odorabilitate intra; sicut vegetativa aliis, quae quietem habet per vegetativam, quae venit de extra. | |
| 11. Homo catarratus, qui non attingit odorem, participat cum odore respirando et non accipit odorem, quia odorabilitas extra non nascitur nec venit in odorabilitate, quae est intra; quae est impedita et infirma, quia non est disposita, quod odorabilitas in ipsa convertat odorabilitatem, quae extra est. Et illud impedimentum est ratione vegetativae, quae non vegetat speciem odoris in odorabilitate, quae est intra. | Homo catarratus, qui non attingit odorem, participat cum odore respirando et non accipit odorem, quia odorabilitas extra non nascitur nec exit <erit B> in odorabilitate, quae est intra; quae est impedita et infirma, quia non est disposita, quod odorativitas in ipsa convertat odorabilitatem, quae extra est. Et illud impedimentum est ratione vegetativae, quae non vegetat speciem odoris in odorabilitate, quae est intra. | |

| **Roma BN Vitt. Emm** | **Electorium/Breviculum** | **Cusani excerpta** |
|---|---|---|
| II.3.4<br>De potentia gustativa et de suo obiecto et actu | (B 16v E 105v ROL 137) Gustativae potentiae cognitio | |
| 1. Potentia gustativa est potestas attingendi (R 543r) saporem. Et suum primum obiectum est gustabilitas saporis. Et secundum obiectum est gustabilitas et gustatum, quod est intra, quod est de essentia sensus. Et gustare est actus duplex, quia est de duabus gustabilitatibus. | Potentia gustativa est potestas attingendi saporem. Et suum primum proprium obiectum est gustabilitas saporis. Et secundum obiectum est gustabilitas et gustatum, quod est intra, quod est de essentia sensus. Et gustare est actus duplex, quia est de duabus gustabilitatibus. | |
| 2. Id, propter quod dictum est, quod gustabile extra, quod est qualitas saporis, est primum obiectum, quia est per primum motum; et gustabile intra est per sensum. Et propter hoc gustabile extra est per primum motum, quia primo potentia appetitum habet ad convertendum gustabilitatem, quae est extra, in gustabilitatem, quae est intra. Sicut plantae, quae necessitatem habent pluviae, et habent appetitum ad pluviam, ut ipsam convertant in vegetabilitatem, quae est intra se ipsam. | Id, propter quod dictum est, quod gustabile extra, quod est qualitas saporis, est primum obiectum, quia est per primum motum; et gustabile intra est per secundum. Et propter hoc gustabile extra est per primum motum, quia prima potentia appetitum habet ad convertendum gustabilitatem, quae est extra, in gustabilitate, quae est intra. Sicut planta, quae necessitatem habet pluviae et habet appetitum ad pluviam, ut ipsam convertat in vegetabilitate, quae est intra se ipsam. | |
| 3. Substantia pomi est saporis subiectum pomi. Et potentia gustativa appetit pomum propter saporem. Et appetit saporem propter (R 543v) gustabilitatem saporis. Idcirco potentia substantiam pomi non attingit, sed tantum accidentia ipsius; sicut oculi, qui de | Substantia pomi est subiectum saporis pomi et potentia gustativa appetit pomum propter saporem. Et appetit saporem propter gustabilitatem saporis. Idcirco potentia substantiam pomi non attingit, sed tantummodo accidentia ipsius; sicut oculi, qui de substantia equi | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| substantia equi non attingunt, sed colorem et figuram ipsius. | non attingunt, sed colorem et figuram ipsius. | |
| 4. In potentia, obiecto et actu sunt primae intentiones nobiliores, quam secundae, quia secundae sunt propter primas; sicut martellus, qui est propter clavum. Idcirco, secundum quod primae intentiones et secundae gradatae sunt in potentia, sunt obiecta gradata et actus potentiae. Idcirco secundum ordinem primae intentionis et secundae primum obiectum potentiae et primus actus sunt intra potentiam. Et sunt intra ipsam propter hoc, quia sunt cum illa sub una specie sensus; et secundum obiectum et actus sunt extra potentiam. Et propter hoc sunt extra, quia non sunt cum illa sub una specie. | In potentia, obiecto et actu sunt primae intentiones nobiliores, quam secundae, quia secundae sunt propter primas; sicut martellus est propter clavum. Idcirco, secundum quod primae intentiones et secundae gradatae sunt in potentia, sunt obiecta gradata et actus potentiae. Idcirco secundum ordinem primae intentionis et secundae primum obiectum potentiae et primus actus sunt intra potentiam. Et sunt intra ipsam propter hoc, quia sunt cum illa sub una specie sensus; et secundum obiectum et actus sunt extra potentiam. Et propter hoc sunt extra, quia non sunt cum illa sub una specie. | |
| (R 544r) 5. Potentia appetit instrumenta et accidentia propter substantiam. Idcirco quaedam sunt obiecta, quae sunt accidentalia, et alia sunt substantialia; et sic de actibus. Obiecta accidentalia sunt pomum et eius sapor et gustabilitas. Et obiectum, quod est intra, est gustabilitas, quae est de essentia sensus. Et illud est subiectum illius actus, qui est intra. Et pomum est subiectum illius actus, qui est extra. | Potentia appetit instrumenta et accidentia propter substantiam. Idcirco quaedam sunt obiecta, quae sunt accidentalia, et alia sunt substantialia; et sic de actibus. Obiecta accidentalia sunt pomum et eius sapor et gustabilitas. Et obiectum, quod est intra, est gustabilitas, quae est de essentia sensus. Et illud est subiectum illius actus, qui est intra. Et pomum est subiectum illius actus, qui est extra. | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| 6. Nullus gustus potest esse sine vegetare et elementare, quoniam in gustu est transmutatio unius speciei in aliam et unius complexionis in aliam; sicut pomum cum toto hoc, quod habet, transmutatur in speciem illius, qui ipsum comedit, excepto hoc, quod potentia expulsiva extra proicit. Et illa transmutatio esse non potest sine vegetatione et elementatione. | Nullus gustus potest esse sine vegetare et elementare, quoniam in gustu est transmutatio unius speciei in aliam et unius complexionis in aliam; sicut pomum cum toto hoc, quod habet, (ROL 138) transmutatur in speciem illius, qui ipsum comedit, excepto hoc, quod potentia expulsiva extra proicit. Et illa transmutatio esse non posset sine vegetatione et elementatione. | |
| 7. Potentia habet organum et instrumentum ad sentiendum saporem. Quod quidem instru(R 544v)mentum est palatum, lingua et dentes, qui pomum masticant, et aer, cum quo vinum respicit, aut aquam per bibere. Et omnia ista instrumenta sunt extra potentiam et extra suum proprium obiectum et actum; et instrumenta, quae sunt intra, sunt naturae et proprietates primorum principiorum, de quibus sensus est constitutus, ac etiam elementativa et vegetativa, in quibus sensitiva est inserta, ut dictum est. | Potentia habet organum et instrumentum ad sentiendum saporem. Quod quidem instrumentum est palatum, lingua et dentes, qui pomum masticant, et aer, cum quo vivum respirat, aut aquam per bibere. Et omnia ista instrumenta sunt extra potentiam et extra proprium suum obiectum et actum; et instrumenta, quae sunt intra, sunt naturae et proprietates primorum principiorum, de quibus sensus est constitutus, ac etiam elementativa et vegetativa, in quibus sensitiva est inserta, ut dictum est. | |
| 8. Potentia bonum habet appetitum per bonitatem, et magnum per magnitudinem in gustare. Et ille appetitus est de suis principiis. Et idem est de suo instinctu naturali. Et quia potentia est de potestate, quae est una de suis partibus, et potentia et appetitus sunt mixti, per potestatem attingere potest | Potentia bonum habet appetitum per bonitatem et magnum per magnitudinem in gustare. Et ille appetitus est de suis principiis. Et idem est de suo instinctu naturali. Et quia potentia est de potestate, quae est una de suis partibus, et potestas et appetitus sunt mixti, per potestatem attingere potest | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| hoc, quod appetit in gustare, et finis, qui hoc perficit. Qui quidem est una de (R 545r) suis partibus, et dispositio consistit in obiecto extra. Et gustare fit, cum obiectum, quod est intra, et obiectum, quod est extra, sibi invicem obviantur per contactum. | hoc, quod appetit in gustare, et finis, qui hoc perficit. Qui quidem finis est una de suis partibus. Et dispositio consistit in obiecto extra. Et gustare fit, cum obiectum, quod est intra, et obiectum, quod est extra, sibi invicem obviant per contactum. | |
| 9. Potentia appetit gustabilitatem cibi, qui intra se intrare potest per elementationem et vegetationem. Et mensura determinata gustabilitatis consistit per gustabilitatem, quae est intra. | Potentia appetit gustabilitatem cibi, quae intra se intrare potest per elementationem et vegetationem. Et mensura determinata gustabilitatis consistit per gustabilitatem, quae est intra. | |
| 10. Idcirco animalia saturantur de hoc, quod comedunt et bibunt. Et cibaria, in quibus saporem et placitum inveniunt, eis sunt amara, cum nimis comedunt. Sed hoc esse non posset sine determinata mensura gustabilitatis et ipsius gustare, quae sunt de essentia sensus. | Idcirco animalia saturantur de hoc, quod comedunt et bibunt. Et cibaria, in quibus saporem et placitum inveniunt, eis sunt amara, cum nimis comedunt. Sed hoc esse non posset sine determinata mensura gustabilitatis et ipsius gustare, quae sunt de essentia sensus. | |
| 11. Per instinctum naturalem potentia appetit sapores amaros ad medicandum potentiam vegetativam; sicut mulier praegnans, quae aliquoties appetit carbones aut terram comedere, ut aliquas res acetosas. Et per ap(R 545v)petitum naturalem appetit potentia dulces sapores, qui sibi dant placitum, et vitat sapores amaros, qui sibi dant taedium. Et instantius et appetitus licenciati sunt secundum obiectum et actum, quae sunt intra, et | Per instinctum naturalem multotiens potentia appetit sapores amaros ad medicandum potentiam vegetativam; sicut mulier praegnans, quae aliquotiens appetit carbones aut terram comedere aut aliquas res acetosas. Et per appetitum naturalem appetit potentia dulces sapores, qui sibi dant placitum, et vitat sapores amaros, qui sibi dant taedium. Et instinctus et appetitus licentiati sunt secundum obiectum et actum, quae sunt | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| secundum naturas et proprietates primorum principiorum. | intra, et secundum naturas et proprietates primorum principiorum. | |
| II.3.5<br>De potentia tactiva et suo obiecto et actu | (B 16v E 105r ROL 135) Tactivae potentiae cognitio | |
| 1. Potentia tactiva est potestas sentiendi per tactum. Et suum obiectum est tangibilitas et tactum. Et suus actus est tangere.<br>2. Duae species sunt tangibilitatis: Una est intra et alia extra. Illa, quae est intra, est illa, quae est de essentia sensus, et quae est proprium obiectum potentiae. Et illa, quae est extra, est qualitas appropriata substantiae, quae est tangibilis et non est sensata; sicut ferrum aut lignum aut lapis. Et talis tangibilitas est obie(R 546r)ctum appropriatum potentiae, et est suum instrumentum, ut tangere possit. Et idem est de tangere, quod est actus duplex ratione obiecti, quod est duplex. | Potentia tactiva est potestas sentiendi per tactum. Et suum obiectum est tangibilitas et tactum. Et suus actus est tangere.<br>Duae species sunt tangibilitatis: Una est intra et alia extra. Illa, quae est intra, est illa, quae est de essentia sensus, et quae est proprium obiectum potentiae. Illa, quae est extra, est qualitas appropriata substantiae, quae est tangibilis et non est sensata; sicut ferrum vel lignum aut lapis. Et talis tangibilitas est obiectum appropriatum potentiae, et est suum instrumentum, ut tangere possit. Et idem est de tangere, quod est actus duplex ratione obiecti, quod est duplex. | |
| 3. Tangibilitas, quae est intra, est potentia passiva, quae appetitum habet, quod tangatur. Et tangibilitas, quae est extra, est dispositio tangendi. Et in potentia elementativa est tangendi dispositio; sicut ignis, qui aquam tangit, quam calefacit. Et in vegetativa, | Tangibilitas est intra potentiam passivam, quae appetitum habet, quod tangatur. Et tangibilitas, quae est extra, est dispositio tangendi. Et in potentia elementativa est dispositio tangendi; sicut ignis, qui aquam tangit, quam calefacit. Et in vegetativa similiter; | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| similiter; sicut vegetativa plantae, quae tangit pluviam et terram per vegetare. Et talis tactivitas et tangere non est de essentia sensitivae, sed in corpore sensato sunt instrumenta potentiae sensus et suum obiectum et actus. | sicut vegetativa plantae, quae tangit pluviam et terram per vegetare. Et talis tactivitas et tangere non est de essentia sensitivae, sed in corpore sensato sunt instrumenta potentiae sensus et suo obiecto et actu. | |
| 4. In sensu est potentia tactiva, quae est de essentia sensus. Et plures sunt species tangibilitatis, sicut durities, mollities, lene, asperum et ponderosum et ceterae quali(R 546v)tates sensuum, quae tangi possunt; sicut color, quem potentia visiva attingit per tangere; et auditus, qui sonum attingit, quia cum sono tangitur; et sic de aliis. Idcirco tactus est generalior sensus, quam aliquis alius aliorum sensuum. | In sensu est potentia tactiva, quae est de essentia sensus. Et plures sunt species tangibilitatis, sicut duries, mollities, lene, asperum et ponderosum et ceterae qualitates sensuum, quae tangi possunt; sicut color, quem potentia visiva attingit per tangere; et auditus, qui sonum attingit, quia cum sono tangitur; et sic de aliis. Idcirco tactus est generalior sensus, quam aliquis alius aliorum sensuum. | |
| 5. Si potentia proprium obiectum non haberet, quod esset de essentia sensus, esset essentia illius sensus pura forma, et manus tactivitatem non haberent, et sua passio esset per accidens, in quantum esset tacta per substantiam extra; sicut cultellus, quem manus tangit, cum ipsam vulnerat; aut sicut baculus, qui caput hominis percutit. Et esset forma extra formam sensus; quod est impossibile. Ratione cuius impossibilitatis oportet de necessitate, quod in sensu sit materia, quae sit de sua essentia. In qua potentia attingat | Si potentia proprium obiectum non haberet, quod esset de essentia sensus, esset essentia illius sensus pura forma, et manus tactivitatem non haberent, et sua passio esset per accidens, in quantum esset tacta per substantiam extra; sicut cultellus, qui manum tangit, cum ipsam vulnerat; aut sicut baculus, qui caput hominis percutit. Et esset forma extra formam sensus; quod est impossibile. Ratione cuius impossibilitatis oportet de necessitate, quod in sensu sit materia, quae sit sua essentia. In qua potentia attingat tangibilitates | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| tangibilitates extraneas in tangibilitate, quae est intra. (R 547r) Et quod tangere, per quod est sentire, sit de essentia sensus et de sua forma et de sua propria materia. | extraneas in tangibilitate, quae est intra. Et quod tangere, per quod est sentire, sit de essentia sensus et de sua forma et de sua propria materia. | |
| 6. Sicut potentia visiva substantiam non attingit, sed figuram illius, ita potentia tactiva sensata ignem non attingit, qui corpus sensatum calefacit, sed calorem attingit, quem sentit; et calorem in igne non sentit, sed in tangibilitate, quae est de essentia sensus.<br>7. Idcirco potentia habet appetitum ad tangibilitates extra, ut cum illis suum proprium obiectum tangere possit, et quod habere possit suum proprium actum. Quod habere non posset sine proprio subiecto. | Sicut potentia visiva substantiam non attingit, sed figuram illius, ita potentia tactiva sensata ignem non attingit, qui corpus sensatum calefacit, sed calorem attingit, quem sentit; et calorem in igne non sentit, sed in tangibilitate, quae est de essentia sensus.<br>Idcirco potentia habet appetitum ad tangibilitates extra (R 136), ut cum illis suum proprium obiectum tangere possit, et quod habere possit suum proprium actum. Quem habere non posset sine proprio subiecto. | |
| 8. Quoniam potentia habet suum proprium subiectum, utilitatem sensus appetit per tangere, et vitat nocivum; cum et labore illius siccat res molles induendo et iacendo et tangendo calorem tempore frigido, (R 547v) et vitare frigus, quando est nimis magnum; et sic de aliis rebus similibus istis. | Quoniam potentia habet proprium subiectum, utilitatem sensus appetit per tangere, et vitat nocumentum et laborem illius; sicut res molles induendo et iacendo et tangere calorem tempore frigido et vitare frigus, quando est nimis magnum; et sic de aliis rebus similibus istis. | |
| 9. Nullus sensus particularis alium sensum attingit; sicut tactus, qui visum non attingit, nec e contra. Et hoc est, quia quilibet sensus suum proprium habet obiectum et actum, et suum proprium organum. Propter quae opor- | Nullus sensus particularis alium sensum attingit; sicut tactus, qui visum non attingit, nec e converso. Et hoc est, quia quilibet sensus suum proprium habet obiectum et actum, et suum proprium organum. Propter quae | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| tet, quod potentia tactiva suum proprium organum habeat, sicut quilibet sensuum. Quod quidem organum est caro, ex aliis tribus potentiis constituta. | oportet, quod potentia tactiva suum proprium organum habeat, sicut quilibet sensuum. Quod quidem organum tactus est caro, ex aliis tribus potentiis constituta. | |
| 10. Ad tactum sensatum concurrunt naturae et proprietates primorum principiorum; sicut bonus tactus per bonitatem, et malus per contrarietatem, et possibilis per potestatem, et perfectus per finem, et maior per maioritatem, et minor per minoritatem, et substans per substantiam, et accidentalis per accidens. | Ad tactum sensatum concurrunt naturae et proprietates primorum principiorum; sicut bonus tactus per bonitatem et malus per contrarietatem, et possibilis per potestatem, et perfectus per finem, et maior per maioritatem, et minor per minoritatem, et substantialis per substantiam, et accidentalis per accidens. | |
| 11. Idcirco potentia secundum manentiam, quae (R 548r) venit de supra, suum attingit obiectum per tangere, et sua instrumenta ad istum tactum movet. | Idcirco potentia secundum influentiam, quae venit de supra, suum attingit obiectum per tangere, et sua instrumenta ad illum tactum movet. | |
| 12. Potentia leonis, qui alium generat, omnes suas partes in generatione tangit. Idcirco magnum habet tactum. Et cum leo moritur, est passio tactus mortis magnus tactus magni laboris. Et secundum naturam ita magnus debet esse tactus mortis per laborem et poenam, sicut tactus generationis per vitam et delectationem. | Potentia leonis, quae alium leonem generat, omnes suas partes in generatione tangit. Idcirco magnum habet tactum. Et cum leo moritur, est passio tactus mortis magnus tactus laboris magni. Et secundum naturam ita magnus debet esse tactus mortis per laborem et poenam, sicut tactus generationis per vitam et delectationem. | |

| **Roma BN Vitt. Emm** | **Electorium/Breviculum** | **Cusani excerpta** |
|---|---|---|
| II.3.6<br>De potentia affativa et suo obiecto et actu | (B 17v E 107v ROL 149) Affativae potentiae cognitio | |
| 1. Potentia affativa est potestas manifestandi cum voce appetitum conceptum in mente. Et suum obiectum est affabilitas. Et suus actus est affari. | Potentia affativa est potestas manifestandi cum voce appetitum conceptum in mente. Et suum obiectum est affabilitas. Et suus actus est affari. | |
| 2. Habet etiam unum aliud obiectum, quod est manifestabilitas, quod habet ratione conceptionis, quae habet appetitum, quod manifeste(R 548v)tur. Et quia potentia suum est instrumentum, idcirco manifestatio est suum obiectum. | Habet etiam unum aliud obiectum, quod est manifestabilitas, quod habet ratione conceptionis, quae habet appetitum, quod manifestetur. Et quia potentia suum est instrumentum, idcirco manifestatio est suum obiectum. | |
| 3. Appetitus conceptus per animal, corpus habens, manifestari non potest sine affari. Unde, sicut visus necessarius ad videndum, est affatus necessarius ad loquendum. Et ideo oportet, quod sit sensus particularis, sicut alii. Nec aliquis sensus est ita necessarius ad cognoscendum dictum per hominem, sicut affatus. | Appetitus conceptus per animal, corpus habens, manifestari non potest sine affari. Unde, sicut visus necessarius est ad videndum, est affatus necessarius ad vivendum. Et ideo oportet, quod sit sensus particularis, sicut alii. Nec aliquis sensus est ita necessarius ad cognoscendum Deum per hominem, sicut affatus. | |
| 4. Cum affatu potest homo loqui de Deo. Et potest homo nominare et laudare ipsum, et de ipso dicere, quod vult, et quod praecepit et prohibuit per legem. Et per affatum potest | Cum affatu potest homo loqui de Deo. Et potest homo nominare et ipsum laudare, et de ipso, quod vult et quod praecipit et prohibuit per legem <regem B>. Et per affatum | |

| **Roma BN Vitt. Emm** | **Electorium/Breviculum** | **Cusani excerpta** |
|---|---|---|
| esse scientia, quoniam sine ipso esse non potest. Unde oportet, quod affatus sit sensus ratione magni finis, propter quem est; et etiam ratione magnae utilitatis, quae per ipsum sequitur. Et multae etiam sunt rationes, propter quas affatum oportet esse sensum. Quas quidem rationes diximus (R 549r) in libro, quem de ipso [**affatu**] fecimus, et in **Arbore scientiae**, et in **Proverbiis Raimundi**. | potest esse scientia, quoniam sine ipso esse non potest sive posset. Unde oportet, quod affatus sit sensus ratione magni finis, propter quem est; et etiam ratione magnae utilitatis, quae per ipsum sequitur. Multae etiam sunt rationes, propter quas affatum oportet esse sensum. Quas quidem rationes diximus in libro, quem de ipso [**affatu**] fecimus, et in **Arbore scientiae** et in **Proverbiis Raimundi**. | |
| 5. Est potentia conceptiva, quae illud concipit, quod animal desiderat; sicut avis parva, quae appetitum habet comedendi, et cum affatu manifestat suae matri famem, quam habet. Et si non esset affatus, esset conceptio superflua in natura. Et ideo sensus communis se ipsum diffundit in affatum secundum naturas et proprietates principiorum, de quibus est. | Est potentia conceptiva, quae illud concipit, quod animal desiderat; sicut avis parva, quae appetitum habet comedendi, et cum affatu manifestat suae matri famem, quem habet. Et si non esset affatus, esset conceptio superflua in natura. Et ideo sensus communis se ipsum diffundit in affatum secundum naturas et proprietates principiorum, de quibus est. | |
| 6. Organum affatus est lingua, et ipsa est instrumentum, quoniam cum ipsa movet aerem, et manifestationem facit, quae in mente est concepta. Idcirco quaedam animalia iuvant alia animalia, et quaedam aliis iuvamen quaerunt. | Quia organum affatus est lingua, et ipsa est instrumentum, quoniam cum ipsa movet aerem, et manifestationem facit <fecit B>, quae in mente est concepta. Idcirco quaedam animalia iuvant alia, et quaedam ab aliis iuvamen quaerunt. | |
| 7. Si affatus non esset, nullum nomen foret, quoniam non esset aliud, quod res, quae | Si affatus non esset aliquid, quod res, quae determinatae sunt, nominaret per nomen. Et | |

| **Roma BN Vitt. Emm** | **Electorium/Breviculum** | **Cusani excerpta** |
|---|---|---|
| determinatae sunt per nomen, nominaret. Et si (R 549v) nomen non esset, virtutes morales non essent, nec participatio hominum; sicut duo homines muti, qui non habent, cum quo participent in caritate, iustitia, et sic de aliis virtutibus. | si nomen non esset, virtutes morales non essent, nec participatio hominum; sicut duo homines muti, qui non habent, cum quo participent in caritate, iustitia, et sic de aliis virtutibus. | |
| 8. Potentia affativa sonum facit in aere cum ligna. Quem quidem sonum format in voce, quae significanda sunt. Et potentia auditiva de affatu vocem accipit in aere, moto per affatum. Et sonus violae et fistulae est figura potentiae affativae et sui actus, qui est affari. 9. Affativa est de instinctu et appetitu naturali. Et per instinctum modum habet sine deliberatione ita ad affandum, sicut agens naturale ad generandum proportionatas partes et naturales in debitis locis substantiae generatae. Et potentia se movet ad appetitum, in quantum ipsum manifestat; sicut homo, qui habet sitim, et quaerit, quod sibi detur aqua ad bibendum. Qui, cum quae(R 550r)rit, non considerat, quomodo linguam moveat, sed ipsam movet per instinctum naturalem. | Potentia affativa sonum facit in aere cum lingua. Quae quidem sonum format in voce, qui sine ipsa nihil esset. Et potentia auditiva de affatu vocem accipit in aere, moto per affatum. Et sonus mellae et fistulae est figura potentiae affativae et sui actus, qui est affari. (ROL 150) Affativa est de instinctu et appetitu naturali. Et per instinctum modum habet sine deliberatione ita ad affandum, sicut agens naturale ad generandum proportionatas partes et naturales <et *add.* B> in debitis locis substantiae generatae. Et potentia se movet ad appetitum, in quantum ipsum manifestat; sicut homo, qui habet sitim, et quaerit, quod sibi detur aqua ad bibendum. Qui, cum quaerit, non considerat, quomodo linguam moveat, sed ipsam movet per instinctum naturalem. | |
| 10. In affatu necessaria est potentia elementativa ratione aeris et vegetativa ratione comedendi, vestiendi et inhabitandi; et sic de aliis accidentibus, quae sunt de conditionibus affatus. | In affari necessaria est potentia elementativa ratione aeris et vegetativa ratione comedendi, vestiendi aut habitandi; et sic de aliis accidentibus, quae sunt de conditionibus affatus. | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| 11. Idcirco obiecta appropriata affativae sunt accidentia et instrumenta, cum quibus et per quae se movet ad affandum. | Idcirco obiecta appropriata affativae sunt accidentia et instrumenta, cum quibus et per quae se movet ad affandum. | |
| 12. Affativa indiget habere litteras, vocales et consonantes; sicut oculi, qui indigent habere lucem, ut videre possint. Et litterae, quae sunt in voce, sunt de elementativa. Et affativa format et producit in aere litteras de elementativa. Et ipsas facit esse ita similitudinem conceptionis in aere, sicut sigillum litteras in cera, quas similes facit litteris, quas habet in se ipso. | Affativa indiget habere litteras, vocales et consonantes; sicut oculi, qui indigent habere lucem, ut videre possint. Et litterae, quae sunt notae, sunt de elementativa. Et affativa format et producit in aere litteras de elementativa. Et ipsas facit esse ita similitudinem conceptionis in aere, sicut sigillum litteras in cera, quas similes facit litteris, quas habet in se ipso. | |
| II.4<br>(R 550v) De potentia imaginativa<br>et de suo obiecto et actu | (B 18r E 108r ROL 153) Imaginatio | <De potentia imaginativa> |
| | *Quid sit*: Imaginatio est obiectum difficile intellectui. Ideo indiget multis declarationibus, descriptionibus vel definitionibus et divisionibus. Aliqui crediderunt, quod esset sensus communis vel prima apprehensio intellectus, sed materia est de esse eius in brutis animalibus, dico perfectis, in quibus fit sensibilium impressio remanens. Nisi enim in istis esset imaginatio et sensuum vel sensibilium impressio remanens, brutum nesciret reverti ad fontem, ubi fuit, quoniam non videt, nec ad domicilium, nec avicula ad nidum nec sci- | Sicut dictum est de vegetativa, ita conformiter de imaginativa dicatur de eius potentia, obiecto et actu. Et quoniam ipsa est concreata sensibus, ideo species per sensus adquisitas facit in suo obiecto imaginatas etc. |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| | ret nidum facere, nec aranea telam facere iuxta suam imaginationem per instinctum naturalem, nec ovis fugeret lupum. Vadunt etiam huc et illuc per imaginationem deductae. Aliquae etiam bruta in loco alto posita, casum imaginantur et timent cadere et fugiunt.<br><br>Si non esset →<br>Arbor imaginabilis est →<br>Imaginatio est essentia →<br><br>Patet ergo, quod imaginativa est potentia, cum qua animal imaginatur in suo imaginabili. Sicut intellectus intelligit in suo intelligibili, scilicet in suo imaginabili intrinseco, proprio et essentiali, imaginabile, scilicet peregrinum. Et est imaginatio (ROL 154) concreata cum principiis primis et suum obiectum substantia sensata. Et est, ut accipiat similitudines uel imagines substantiarum corporalium, quas sensitiva attingit. Et illas similitudines imaginativa custodit in se ipsa, ut rebus absentibus uti possit per illas similitudines. Sicut leo, qui aliquam substantiam imaginatur.<br><br>Nec potest imaginatio habere actum suum sensu particulari agente supra obiectum ali- | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| | quod, quod obicitur sensui in praesenti. Et hoc est, quia est propter similitudines retinendas. Ideo sequitur imaginatio actum sensus. Et quando sensus dimittit, ibi imaginatio incipit et tunc. Et hoc est, ut retineat statum rerum corporalium per earum similitudines, absentibus illis rebus et operatione sensus. Et haec est lex et officium eius limitatum. | |
| | Imaginatio est pars substantiae sensatae, cum qua imaginatur, nec ultra transcendit. | |
| | Imaginatio est principium efficiens, nihil extra se mittens, et de sensitivis materiam faciens. | |
| 1. Potestas imaginativa est potestas multiplicandi species, quae sunt similitudines substantiarum corporalium. Et suum obiectum est imaginabile. Et suus actus est imaginari. | *Natura eius*: Potentia imaginativa est potestas multiplicandi species, quae sunt similitudines substantiarum corporalium. Et suum obiectum est imaginabile. Et suus actus est imaginari. | |
| 2. Imaginatio est creatura concreta cum primis principiis. Et suum obiectum est substantia sensata. Et propter est, ut accipiat similitudines; sicut leo, qui aliquam substantiam imaginatur, quam ante vidit. | Quia imaginatio → | |
| 3. Imaginatio est essentia de impressionibus sensibilium constituta; sicut humanitas, quae | → Imaginatio est essentia de impressionibus sensibilium constituta; sicut humanitas, quae | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| est essentia hominis, de anima et corpore constituta. Et est imaginatio de imaginativo, imaginabili et imaginari. Et imaginativum species producit in suo proprio obiecto, et ipsas trahit ex similitudinibus substantiarum, quae sunt imagina(R 551r)biles. Et imaginabilitas illarum est obiectum appropriatum. | est essentia hominis, de anima et corpore constituta. Et sic est de imaginativo, imaginabili et imaginari propriis essentialibus constituta. Et imaginativum producit species sensibiles in suo proprio obiecto essentiali, scilicet imaginabili. Et in illo proprie facit peregrinas imaginationes esse imaginabiles. | |
| 4. Arbor est imaginabilis. Et illa imaginabilitas non est de essentia arboris. Et si imaginatio non esset, non esset imaginabilis. Et si esset, esset creatura concreata frustra et superflue; quod est impossibile. Et illa imaginabilitas arboris est subiectum imaginativae extraneae. Et est subiectum, de quo trahit similitudinem arboris, et ipsam imprimit suo proprio subiecto et obiecto, quod est pars essentialis imaginationis. Et in illo potentia attingit similitudinem arboris cum imaginari. | → Arbor imaginabilis est. Et illa imaginabilitas non est de essentia arboris. Unde, si imaginatio non esset, non esset imaginabilis arbor. Quod, si esset, esset illa imaginabilitas creatura frustra et superflue; quod est impossibile. Et illa imaginabilitas arboris est subiectum imaginativae extraneae ab arbore. Et est subiectum, de quo trahit imaginativa similitudinem arboris, et ipsam imprimit in suo proprio subiecto et obiecto, quod est pars essentialis imaginationis. Et in illo potentia imaginativa attingit similitudinem arboris cum imaginari. | |
| 5. Similitudo arboris est species concreata. Et illam similitudinem attingit potentia visiva secundum modum, quem de ipsa diximus, et imaginativa, quae est concreata cum visitiva, et quae cum ipsa in substantia animata participat simili(R 551v)tudinem, quam visitiva accipit de arbore; sicut olea, quae in sua specie naturam accipit oleastri, in quo est | | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| inserta. Et illa similitudo remanet in imaginativa sine actu visitivae; sicut similitudines litterarum sigilli in cera, cum sigillum in cera est separatum. | | |
| 6. Quia imaginatio in se habet suam propriam potentiam, obiectum et actum, habet potestatem retinendi speciem, quam sensus sibi praesentavit. Et utitur ipsa specie, quando vult, et ipsam magnam facit aut parvam aut similem illius, quam acquisivit, aut dissimilem; sicut homo, qui imaginari potest arborem, quam vidit, et in sua mente facere potest unam similitudinem arboris ita magnam, sicut unus mons, et potest facere diversa de arbore, homine, pisce, equo et de similibus. | → Quia imaginatio in se habet suam propriam potentiam, obiectum et actum, habet ipse potestatem retinendi speciem, quam sensus sibi praesentavit. Et utitur illa specie, quando vult, et ipsam magnam fecit aut parvam aut similem illius, quam acquisivit, aut dissimilem. Et potest facere chimaeram ex arbore, asino et homine in mente sua, hoc est imaginabilitate sua. | |
| (R 552r) 7. Homo, dum arborem videt, arborem imaginari non potest, quia praesentia arboris potentiam imaginativam impedit. Quae imaginari non potest illam rem, quam sensus accipit in tempore praesenti. Idcirco imaginatio suum obiectum attingit in absentia sensus. Et hanc naturam habet imaginatio, quia creata est, ut retineat per similitudinem statum rerum corporalium, absentibus sensibus corporalibus. | | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| 8. Si non esset imaginatio, non esset memoria de substantiis corporalibus, in tempore praeterito transactis. Nec essent artes mechanicae. Et plura alia inconvenientia de sua privatione sequerentur. Et tot sicut essent inconvenientia, sunt utilitates et ordines, qui sequuntur, quia imaginatio est. | → Si non esset imaginatio, non esset memoria de substantiis corporalibus transactis. Nec essent artes mechanicae. Et plura alia inconvenientia sequerentur de sua absentia et privatione. Et tot, quot sunt eius utilitates et ordines. Est enim, quia bonum est eam esse. | |
| 9. Idcirco imaginatio bona est et magna; et sic de aliis naturis et proprietatibus, quas (R 552v) habet per prima principia. | | |
| | Habet naturam quiescendi in suo fine in imaginari, qui est obiectum imaginatum. Alioquin imaginari non esset eius proprius actus. | |
| | Imaginatio est a generante. Et generatur et corrumpitur. Non enim potest denudare obiectum a conditionibus sensibilibus videlicet a linea, figura, colore etc., longo, amplo, profundo superficiem occupatione loci, et sic est de natura corporis. | |
| | Imaginatio causat delectationem in subiecto, in quo est, scilicet in homine et in bruto; et similiter tristitiam. | |
| | Imaginatio habet instinctum ad accipiendum similitudines et imaginationes a sensibilibus. | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| | Et habet appetitum, cum quo appetit imaginatum. Et in hoc loco percipit intellectus, quod imaginatio habet instrumentum, cum quo suum actum exercere possit et obiectum attingere. Et eas potest in suo imaginabili et ibi characterizat eas. Et etiam veritas est eius instrumentum, (ROL 155) cum quo vere attingit veras similitudines. Verumtamen quandoque deficit, sicut agens naturale, quod non habet instrumentum, vel licet habeat, nescit tamen uti de illo. Ideo arte indiget.<br><br>Imaginatio habet posse in sensitiva. Descendit enim ad posse inferius, ut cum ipso possit agere in se ipsa. Sicut humidum radicale, quod descendit ad humidum nutrimentale, ut cum illo vivere possit.<br><br>Imaginatio imaginatur quale, quantum, longum, latum, profundum, figuratum, viride, rubeum vel album etc., actionem, passionem, situm, ubi. Sed de loco non probat, quia sufficit de ubi.<br><br>Actus imaginationis est proprie imaginari. Et imaginari nihil aliud est quam obiectare similitudinem sensus in absentia eius. Et ibi miratur intellectus, quomodo potest hoc fieri, cum imaginatio sit natura alia a sensibus. Nec habeat visum nec auditum nec olfactum | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| | nec gustum etc., quo potest similitudines sensuum accipere. Et cum intellectus recordatur de magnete, qui est lapis et cum potest attrahere ferri ubi et attrahit per suam speciem, sic animal imaginans attrahit speciem vel similitudinem per suam speciem et naturam, mediante imaginatione in absentia sensus.<br><br>Animal gressibile perfectum sine imaginatione non potest, sicut sine sensitiva esse non potest. Et ipsa imaginatur imaginabilia obiecta in suo intrinseco obiecto immobili, quod est commune ad omnia obiecta intrinseca. Et imaginatur obiectum cum suo intrinseco organo, scilicet illa pellicula speculificata in fronte anterius. In facie enim anterius sunt quasi omnes sensus particulares organisata exterius. Sed imaginatio est interius, ad quam pelliculam iactant et percutiunt, quod ab exterioribus accipiunt. Et ab illa pellicula recipiuntur, sicut imagines in speculo, et de hoc ratiocinatio habetur. Sicut de intellectu, qui viget in parte anteriori, voluntas in medio, memoria in posteriori parte, ut videntur differentiae mediei. Propterea quod, quando illae partes sunt multum impeditae, apparent opera praedicta impedita in obiectis sensibus tantummodo.<br><br>*Ubi in animali*: Homine scilicet est intus sensitivam et rationalem; et participat utrobi- | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
| --- | --- | --- |
| | que. Ex hoc, quod elevatur ab intellectu, agit ad placitum. Et percipit intellectus, quod ipsa haurit a sensibus propter coniunctionem, cum eo oboedit ei, sicut inferius suo superiori.<br><br>(ROL 156) Bruto est sicut forma in materia. Ibi enim est superior completiva et principalis pars, gubernans animal totum. Et inferiores ei oboediunt.<br>*Ubi instrumentali*: Naturaliter, scilicet in suo imaginabili, qui communis est ad omnia obiecta imaginabilia peregrina praesentata. Et extra illud nullum imaginabile imaginari potest.<br><br>Organaliter in quadam pellicula, quae est in parte anteriori capitis intus, ubi phantasmata, scilicet imagines rerum corporalium, recipiuntur et relucent, apparent et conservantur. Est enim illa pellicula anterius clara, munda, tersa et polita et posterius congelata, ex melancholia restringente ad modum speculi. Et ibi manet in medio, sicut visus in oculo. Et ibi, scilicet ante, apparent imagines receptae suo imaginativo.<br><br>*Modus*: Similitudo arboris est species concreata. Et illam similitudinem attingit potentia visiva et imaginativa, quae est concreata cum visiva. Et quae cum ipsa in substantia | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| | animata participat, similitudinem accipit, quam visiva accepit de arbore. Sicut olea inserta, quae in sua specie naturam accipit oleastri, in quo est inserta. Et illa similitudo remanet in imaginativa sine actu visitivae. Sicut similitudines litterarum sigilli in cera, cum sigillum a cera separatum est. | |
| 10. Species, quas imaginatio multiplicat, sunt in illa concreatae creaturae et in primis principiis, de quibus sunt influxae; sicut de bonitate, de qua sunt influxae, in quantum sunt bonae, et de potestate, in quantum sunt potentes, et de contrarietate, in quantum homo potest contrarium imaginabilitatem producere contra veram; sicut homo, qui corvum nigrum imaginari potest sub ratione albi coloris, et potest imaginari asinum cum aliis; et sic de aliis influentiis primorum principiorum. | Species, quas multiplicat imaginatio, sunt in illa creaturae concreatae et in primis principiis, de quibus sunt influxae; sicut de bonitate, in quantum sunt bonae. | |
| 11. Faber, qui clavum facit, priusquam ipsum faciat, figuram illius conceptam in imaginatione sua. Et illa figura non est figura, quae sustentatur in clavo, sed est impressio figurae, quae est intra imaginationem. | Faber enim, quando facit clavum, priusquam ipsum faciat, figuram illius habet conceptam in imaginatione sua. Et illa figura, quae sustentatur in clavo, est impressio figurae, quae est intra imaginationem. | Faber, qui facit clavum, postquam ipsum faciat, figuram habet illius concepta(m) in imaginatione sua et illa figura non est figura, quae sustentatur in clavo, sed est impressio figurae, quae est intra imaginationem. |
| Et ambae figurae sunt similes per species et dissimiles per obiecta et per essentias, quo(R | Et ambae figurae sunt similes per speciem et dissimiles per obiecta et per essentias, quo- | Et ambae figurae sunt similes per species et dissimiles per obiecta et per essentias, quo- |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| 553r)niam unum subiectum non habent nec unam essentiam. | niam unum subiectum non habent nec unam essentiam. | niam unum subiectum non habent nec unam essentiam. |
| | Ideo subiectum extra et sua figura sunt materia subiecto, quod est intra, et suae figurae et potentiae activae et actui illius. Et idem de suo proprio subiecto. | Idcirco subiectum extra et sua figura sunt materia subiecto, quod est intra, et suae figurae et potentiae activae et actui illius. Et idem est de suo proprio subiecto. |
| | Sicut durant in animali rationali obiecta spiritualia per memoriam extra et supra imaginationem, sic durant obiecta sensibilia per imaginationem extra et supra sensum in brutis. Et in isto passu cognoscit intus, quod sicut anima rationalis perficit in homine potentias inferiores, sic imaginatio in brutis perficit potentias inferiores. | |
| | In bruto neque crescit neque decrescit imaginatio; quia, si posset, posset facere scientiam. Sed quia in homine coniuncta est immediate cum intellectu et subdita sibi, ideo potest augmentare actum imaginationis super quantitatem rei visae. Et hoc apparet, quomodo potest caelum mensurare et imaginari semper maius corpus. Et similiter est de fractionibus, quas (ROL 157) potest multiplicare, dividendo in infinitum, imaginando semper. Et talia sunt figmenta. Et hoc patet intellectui, quod multa sunt in imaginatione et per consequens in intellectu, quae numquam fuerunt | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| | in re nec in sensu. Et secundum istum modum fiunt in logica secundae intentiones, sicut hoc, quod est genus. | |
| | Haec scilicet intentio 'animal' enim non est secunda intentio, quia realis est. Sed dicitur, quod est genus ad hominem et leonem pro tanto, quod ipsum animal realiter generalius est, quam aliqua suarum specierum. Et hoc etiam percipit intellectus, quod ipse est essentia alia, multum remota ab inferioribus potentiis corporeis, et quod suae conditiones sunt naturaliter elevatae et separatae ab illis. Et per hoc attingit, quod ipse est immortalis et multum gaudet. | |
| II.5<br>De potentia ratiocinativa et suo obiecto et actu | (B 18v E 109v ROL 163) Rationativae potentiae cognitio | <De potentia ratiocinativa> |
| 1. Potentia ratiocinativa est illa anima, quae est pars hominis, cum qua intelligit, recolit et diligit. Et suum obiectum est rationabilitas. Et suus actus est ratiocinari. | Potentia rationativa est illa anima, quae est pars hominis, cum qua intelligit, recolit et diligit. Et suum obiectum est rationabilitas. Et suus actus est ratiocinari. | |
| 2. Anima rationalis est communis substantia, ex pluribus potentiis substantialibus constituta, secundum quod in **suo libro [De anima]**, quod de ipsa fecimus, probatum est. Et est creata et immortalis, et est forma cor- | Anima rationalis est communis substantia, ex pluribus potentiis substantialibus constituta, secundum quod in **suo libro**, quem de ipsa fecimus, probatum est. Et est creata et immortalis, et est forma corporis et movet | Anima rationalis est ita communis substantia ex pluribus potentiis substantialibus constituta; sicut sensus communis est communis suis particularibus sensibus. |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
| --- | --- | --- |
| poris et movet illud. Et est ita substantia communis suis propriis potentiis, sicut sensus communis suis sensibus particularibus. | illud. Et est ita communis substantia suis propriis potentiis, sicut sensus communis suis sensibus particularibus. | In anima rationali est potentia, obiectum et actus, qui sunt de sua propria essentia, sicut in vegetativa. |
| (R 553v) 3. Potentia ratiocinativa est activa potestas recolendi et intelligendi et amandi. Et suum proprium obiectum naturale est potentia, quae habet potestatem passivam, quae est subiectum recolendi, intelligendi et amandi. | Potentia rationativa est activa potestas recolendi, intelligendi et amandi. Et suum obiectum proprium naturale est potentia, quae habet potestatem passivam, quae est subiectum recolendi, intelligendi et amandi. | |
| 4. Potentia rationalis est de spirituali bonificativitate, magnificativitate, et sic de aliis principiis primis et substantialibus. Et potentia passiva ratiocinativae est substantialis bonificabilitas, magnificabilitas; et sic de aliis substantialibus principiis. | Potentia activa rationalis est de spirituali bonificativitate, magnificativitate, et sic de aliis primis principiis et spiritualibus. Et potentia passiva rationativae est spiritualis bonificabilitas, magnificabilitas; et sic de aliis spiritualibus principiis. | |
| 5. Quia potentia et suum obiectum sunt de principiis essentialiter et realiter, oportet, quod habeat proprium et elementalem actum, qui sit de principiis essentialiter, quoniam, si ipsum non haberent, essent defectivae potentiae. Et in quantum actum non haberent, qui esset de essentia ratiocinativae et de suis essentialibus principiis, haberent quietem in (R 554r) actu extraneo et appro- | Quia potentia et suum obiectum sunt de principiis essentialiter et realiter, oportet, quod habeant proprium et essentialem actum, qui sit de principiis essentialiter, quoniam, si ipsum non haberent, essent defectivae potentiae, in quantum actum non haberent, qui essent de essentia rationativae et de suis essentialibus principiis, et haberent quietem in actu extraneo et appropriato, qui | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| priato, qui non esset de eorum natura, et non in actu proprio et de eorum natura; quod est impossibile secundum cursum naturalem. | non esset de eorum natura; quod est impossibile secundum cursum naturalem. | |
| 6. Si in bonitate naturali bonificare non esset, quod esset de sua essentia, non posset esse in illa secundum naturam bonificativitas et bonificabilitas, quae essent de sua natura et essentia, quoniam actio et passio non posset esse sine actu. Et esset bonitas in actione et passione accidentaliter per aliam naturam et non per suammet naturam, et non haberet propria concreta, in quibus esset essentia sustentata; quod est impossibile. Per quam impossibilitatem de necessitate sequitur, quod bonitas habeat elementale et naturale bonificare, quod sit de essentia ipsius <quod - ipsius] *suppl in mg*>; et sic de aliis principiis. Et de illo bonificare, magnificare, et sic de aliis, quae sunt de essentia principiorum, est ratiocinari (R 554v) animae, quae est de sua essentia. Et est actus, qui est de ratiocinativa et rationabili. Et bonus est per bonitatem, et magnus per magnitudinem; et sic de aliis. | Si in bonitate naturali bonificari non esset, quod esset de sua essentia, non possent esse in illa secundum naturam bonificativitas et bonificabilitas, quae essent de sua natura et essentia, quoniam actio et passio non possent esse sine actu. Et esset bonitas in actione et passione accidentaliter per aliam naturam et non per suammet naturam, et non haberet propria concreta, in quibus esset essentia sustentata; quod est impossibile. Per quam impossibilitatem sequitur de necessitate, quod bonitas habeat essentiale et naturale bonificare, quod sit de essentia ipsius; et sic de aliis principiis. Et de illo bonificare et magnificare, et sic de aliis, quae sunt de essentia principiorum, est ratiocinari animae, quae est de sua essentia. Et est actus, qui est de rationativa et rationabili. Et est bonus per bonitatem, et magnus per magnitudinem; et sic de aliis. | |
| 7. Obiectum appropriatum ratiocinativae pluribus modis consistit. Et illud, quod est principale, est Deus, ad cuius servitium anima rationalis est creata. Et quia Deus est finis | Obiectum appropriatum rationativae pluribus modis consistit. Et illud, quod est principale, est Deus, ad cuius servitium anima rationalis est creata. Et quia Deus est finis rationati- | Et obiectum appropriatum principale est Deus, ad cuius servitium creata est, et sic rationalis anima in Deo habet quietem per ipsius recolere, intelligere et amare. |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| ratiocinativae, habet in ipso quietem per ipsum recolere, intelligere et amare. Et quilibet istorum actuum est duplex, videlicet naturalis et accidentalis, et proprius et appropriatus. Et haec duplicitas redundat in operationem communem per proprium actum et appropriatum. | vae, habet (ROL 164) in ipso quietem per ipsum recolere, intelligere et amare. Et quilibet istorum actuum est duplex, videlicet naturalis et accidentalis, et proprius et appropriatus. Et haec duplicitas redundat in operationem communem per proprium actum et appropriatum. | |
| 8. Ratiocinativa, quae recolit, intelligit et diligit Deum, suus actus naturalis est instrumentum actus accidentalis, quia nobiliorem finem habet in Deo, quam in se ipsa. Sed in aliis obiectis extraneis non est ita, immo est (R 555r) contrarium. Ratiocinativa se habet ad obiecta corporalia propter necessitates corporis, et ut habere possit habitus acquisitos, cum quibus induit suos actus, qui sunt intra; sicut suam amare substantiale, habituatum de morali amare iusto et virtuoso. | Rationativae actus naturalis, quae recolit, intelligit et diligit Deum, est instrumentum actus accidentalis, quia nobiliorem finem habet in Deo, quam in se ipsa. Sed in aliis obiectis extraneis non est ita, immo contrarium, sicut rationativa, quae se habet ad obiecta corporalia propter necessitates corporis, et ut habere possit habitus acquisitos, cum quibus induit suos actus, qui sunt intra; sicut suum amare substantiale, habituatum de morali amare iusto et virtuoso. | Actus naturalis ratiocinativae, quae recolit, intelligit, diligit Deum, est instrumentum actus accidentalis, quia nobiliorem finem habet in Deo, quam in se ipsa. Sed aliis obiectis extraneis non est ita, immo est contrarium, sicut ratiocinativa, quae se habet ad obiecta corporalia propter necessitates corporis, et ut habere possit habitus adquisitos, cum quibus induit suos actus, qui sunt intra; sicut suum amare substantiale habituatum de morali amare iusto et virtuoso etc. |
| 9. In intellectu Dei est proprium et naturale intelligens et intellectus et intelligere. Et idem de sua voluntate, in qua est proprium volens, volitum et velle; et sic de ceteris suis rationibus. Et quia Deus animam rationalem ad suam similitudinem creavit, idcirco dedit ei naturam, quod in se habeat proprium et naturale ratiocinans, ratiocinatum et ratiocinari. | In intellectu Dei est proprium et naturale intelligens, intellectus et intelligere. Et idem de sua voluntate, in qua est proprium volens, volitum et velle; et sic de ceteris suis rationibus. Et quia Deus animam rationalem ad suam similitudinem creavit, idcirco dedit ei naturam, quod in se habeat proprium et naturale rationans, rationatum et rationari. | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| 10. Homo est animal tripliciter, videlict per animam vegetativam, sensitivam et ratiocinativam. Et sicut et melius est vegetatus per vegetativam, et sensatus per sensitivam, et ratiocinatus per ratiocinativam. Et sicut (R 555v) per vegetativam proprium habet obiectum et naturale, quod est vegetabile et vegetatum, et proprium et naturalem actum, qui est vegetare. Et idem de sensitiva, sic habet ratiocinativa proprium obiectum et actum, qui sunt de sua natura. Et ex ipsa et ex ipsis est anima rationalis constituta. | Homo est animal triplex, videlicet per animam vegetativam, sensitivam et rationativam. Et sicut et nihilo melius est vegetatus per vegetativam, et sensatus per sensitivam, est rationatus per rationativam. Et sicut per vegetativam proprium habet obiectum et naturale, quod est vegetabile et vegetatum, et proprium et naturale actum, qui est vegetare. Et idem de sensitiva, sic habet rationativa proprium obiectum et actum, quae sunt de sua natura. Et ex ipsa et ex ipsis est anima rationalis constituta. | |
| II.5.1<br>De potentia intellectiva et suo obiecto et actu | (B 19r E 110v ROL 169) Intellectivae potentiae cognitio | |
| 1. Potentia intellectiva est potestas intelligendi. Et suum obiectum est intelligibile et intellectum. Et suus actus est intelligere. | Potentia intellectiva est potestas intelligendi. Et suum obiectum est intelligibile et intellectum. Et suus actus est intelligere. | |
| 2. Potentia intellectiva se habet ad proprium intelligibile, sicut forma, quae se habet ad suam propriam materiam. Et se habet ad bonum intelligibile per bonitatem, et magnum per magnitudinem; et sic de aliis. | Potentia intellectiva se habet ad proprium intelligibile, sicut forma, quae se habet ad suam propriam materiam, et se habet ad bonum intelligibile per bonitatem, ad magnum per magnitudinem; et sic de aliis. | |
| 3. Et ideo in bono intellectu aut in bono intelligibili se habet ad duo obiecta, videlicet | Et ideo in bono intelligibili se habet ad duo obiecta, videlicet ad intellectum et ad | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| ad intellectum et ad bonum. Et intellectus est ei magis (R 556r) proprium obiectum, quam bonum; et sic de aliis. Idcirco intellectum est obiectum suum proprium, et bonum est ei obiectum secundarium. | bonum. Et intellectum est ei magis proprium obiectum, quam bonum; et sic de ceteris. Idcirco intellectus est obiectum suum primum, et bonum est suum obiectum secundarium. | |
| 4. Sicut potentia suum habet obiectum magis proprium, quam aliud, habet in suo actu unam naturam magis propriam, quam aliam, videlicet unam naturam propriam et aliam appropriatam. Et propter hoc oportet, quod habeat unum actum ita proprium, quod non possit esse magis proprium potentiae. Et idem de suo proprio obiecto. Et oportet, quod illud obiectum et actus sint de essentia intellectus. Quod, si non essent, possent esse magis proprie et non essent. Et potestas deficeret magni, boni obiecti. Et quodlibet principium alii esset defectivum. Unde sequeretur magna privatio perfectionis, et privatio esset maior, quam esse; quod est impossibile, et contra ordinem naturae et (R 556v) principiorum et summae causae. Habet ergo potentia proprium et naturale obiectum et actum, qui sunt de sua essentia. | Sicut potentia unum habet obiectum magis proprium, quam aliud, habet in suo actu unam naturam magis propriam, quam aliam, videlicet unam naturam propriam et aliam appropriatam. Et propter hoc oportet, quod habeat unum actum ita proprium, quod non possit esse magis proprium potentiae. Et idem de suo proprio obiecto. Et oportet, quod illud obiectum et actus sint de essentia intellectus. Quod, si non essent, possent esse magis propria et non essent. Et potestas deficeret magni, boni obiecti. Et quodlibet principium obiecti esset defectivum. Unde sequeretur magna privatio perfectionis, et privatio esset maior, quam esse; quod est impossibile, et contra ordinem naturae et principiorum et summae essentiae. Habet igitur potentia proprium et naturale obiectum et actum, qui sunt de sua essentia. | |
| 5. Intellectus est substantialis potentia, ut in **Tabula generali** probatum est et in **Libro de anima** et etiam in **Arbore scientiae**. Et si ipse substantialem intelligentiam, prop- | Intellectus est substantialis potentia, ut in **Tabula generali** probatum est et in **Libro de anima** et etiam in **Arbore scientiae**. Et si ipse substantialem potentiam, obiectum | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
| --- | --- | --- |
| rium obiectum et actum non haberet, non haberet, cum quo nec in quo nec per quem esset substantia. Nec posset habere maiorem potestatem et bonitatem et magnitudinem etc. Cum ita sit, quod substantia sit maior, quam accidens, habet ergo intellectus substantialem potentiam, obiectum et actum. | et actum non haberet, non haberet, cum quo nec per quem esset substantia. Nec posset habere maiorem potestatem, bonitatem et magnitudinem etc. Cum ita sit, quod substantia sit maior, quam accidens, habet ergo intellectus substantialem potentiam, obiectum et actum. | |
| 6. Quoniam intellectus Dei est substantia et est infinitus, est magis conveniens, quod humanus intellectus ipsum intelligat cum potentia substantiali, et quod habeat actum substantialem, quam, si ipsum intelligeret cum potentia accidentali et cum actu accidentali, (R 557r) cum ita sit, quod potentia melius et plus potest substantialiter, quam accidentaliter. Habet ergo intellectus substantialem potentiam activam et substantialem actum et per consequens substantiale obiectum. | Quoniam intellectus Dei est substantia et est infinitus, est magis conveniens, quod humanus intellectus ipsum intelligat cum potentia substantiali, et quod habeat actum substantialem, quod, si ipsum intelligeret cum potentia accidentali et cum actu accidentali, cum ita sit, quod potentia melius et plus attingere potest substantialiter, quam accidentaliter. Habet ergo intellec(ROL 170)tus substantialem potentiam activam et substantialem actum et per consequens substantiale obiectum. | |
| 7. Intellectus se habet ad accidentalia obiecta et actus, ut se habere possit ad obiectum substantiale et actum substantialem. Sicut agens naturale, quod se habere non potest ad generandum sive ad generare, quod est actus substantialis, nec ad substantiale generabile, sine accidentibus, quae sunt instrumenta potentiae et generationis et obiecti. | Intellectus se habet ad accidentalia obiecta et actus, ut se habere possit ad obiectum substantiale et actum substantialem. Sicut agens naturale, quod se habere non potest ad generandum sive ad generare, quod est actus substantialis, nec ad substantiale generabile sine accidentibus, quae sunt instrumenta potentiae et generationi et obiecto. | |

| **Roma BN Vitt. Emm** | **Electorium/Breviculum** | **Cusani excerpta** |
|---|---|---|
| 8. Intellectus, qui intelligit aliquod obiectum, habet duplex intelligere, quoniam unum est intelligere, quod simpliciter de sua est essentia et quod est de substantiali actione et passione. Aliud est intelligere acquisitum per habitum scientiae, se habens ad obiecta sensuum particularium et ad (R 557v) eorum actus. Et idem de obiectis et actibus imaginativae. Et potentia species habitus moralis colligit et ipsas accipit in actu substantiali et secundum dispositionem habitus intra, et habitus extra intelligit. Et cum habitus extra deficit, habitus, qui est intra, ignorat. | Intellectus, qui intelligit aliquod obiectum, habet duplex intelligere, quoniam unum est intelligere, quod simpliciter de sua est essentia et quod est de substantiali actione et passione. Aliud est intelligere acquisitum per habitum scientiae, se habens ad subiecta sensuum particularium et ad eorum actus. Et idem de obiectis et actibus imaginativae. Et potentia species habitus moralis colligit et ipsas accipit in actu substantiali et secundum dispositionem habitus intra, et habitus extra intelligit. Et cum habitus extra deficit habitui, qui est intra, ignorat. | |
| 9. Quoniam potentia est una et de una potestate, habet unum actum simplicem et proprium et unam potestatem intelligendi. Et quia est de differentia, potest intelligere plura obiecta. Et quia est de magnitudine, potest habere magnum intelligere. Et quia est de minoritate, potest habere minus intelligere. Et idem est de maioritate suo modo, et de aliis principiis, contrarietate excepta, quae non est de sua natura, quoniam si esset, foret corruptibilis et mortalis. Et nos probavimus in **Libro de anima**, quod est immortalis. Verumtamen per contrarietatem (R 558r) est potentia impedita ad intelligendum, et per illam ignorat multotiens. Et hoc est per servatam concordantiam principiorum, quae | Quoniam potentia est una et de una potestate, habet unum actum simplicem et proprium et unam potestatem intelligendi. Et quia est de differentia, potest intelligere plura obiecta. Et quia est de magnitudine, potest habere magnum intelligere. Et quia est de minoritate, potest habere minus intelligere. Et idem est de maioritate suo modo, et de aliis principiis, contrarietate excepta, quae non est de sua natura, quoniam, si esset, foret corruptibilis et mortalis. Et nos probavimus in **Libro de anima**, quod est immortalis. Verumtamen per contrarietatem est potentia impedita ad intelligendum, et per illam ignorat multotiens. Et hoc per privatam concordantiam principiorum, quae sunt | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| sunt intra et extra, et per privatam dispositionem; sicut homo ebrius, qui intelligere non potest, quia vinum impedit organum potentiae, quae est in cerebro, quod est in fronte. | intra et extra, et per privatam dispositionem; sicut homo ebrius, qui intelligere non potest, quia unum impedit organum potentiae, quae est in cerebro, idem est in fronte. | |
| 10. In potentia sunt species concreatae et in ipsa seminatae et innatae, quas producit in actu, cum intelligit. Et in illa sunt activae seminatae, et in suo proprio obiecto passivae, et in suo proprio actu sustentatae, cum intelligit, et cum actu accidentali sunt productae; sicut agens, qui cum motu substantiam movet aut accidentia, quae producit. | In potentia sunt species concreatae et in ipsa seminatae et innatae, quas producit in actu, cum intelligit. Et in illa sunt activae seminatae et suum proprium obiectum passive et in suo proprio actu sustentatae, cum intelligit, et cum actu accidentali sunt; sicut agens, qui cum motu substantiam movet aut accidentia, quae producit. | |
| 11. Intellectus, cum intelligit, unam similitudinem cum alia concordat, et unam speciem cum alia. Et cum ignorat, non potest habere illam concordantiam. Et si memoria et voluntas magnum iuvamen faciunt potentiae ad (R 558v) concordandum unam similitudinem et speciem cum alia, intellectus talem habet operationem, cum iuvamine, quod habere non potest per se sine iuvare. | Intellectus, cum intelligit unam similitudinem, cum concordat et unam speciem cum alia. Et cum ignorat, non potest habere illam concordantiam. Et si memoria et voluntas magnum iuvamen faciunt potentiae ad concordandum unam similitudinem et speciem cum alia, intellectus talem habet operationem cum iuvamine, quam habere non potest per se sine iuvamine. | |
| 12. Deus est summum et principale obiectum potentiae intellectivae. Et ut per ipsum substantiae corporales suum finem in Deo attingere possint, ipsas dedit ad servitium hominis, et eis intelligibilitatem appropriavit, ut intellectus ipsas intelligere possit. Et intellec- | (ROL 171) Deus est summum et principale obiectum potentiae intellectivae. Et ut per ipsam substantiae corporales suum finem in Deo attingere possint, ipsas dedit ad servitium hominis, et eis intelligibilitatem appropriant, ut intellectus ipsas intelligere possit. | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| tus, intelligendo Deum, est instrumentum, cum quo substantiae corporales et earum accidentia suum finem in Deo attingant, ipso serviente Deo, et ipsis servientibus intellectui cum ipsarum intelligibilitatibus, quas ipse intellectus attingit in suo proprio et substantiali intelligibili, ut cum illis Deum intelligere possit. | Et intellectus, intelligendo Deum et instrumentum, cum quo substantiae corporales et earum accidentia suum finem in Deo attingant, ipso serviente Deo, et ipsis servientibus intellectui çum ipsarum intelligibilitatibus, quas ipse intellectus attingit in suo proprio et substantiali intelligibili, ut cum illis Deum intelligere possit. | |
| II.5.2<br>De potentia memorativa et suo obiecto et actu | (B 18v E 110r ROL 165) Memorativae potentiae cognitio | |
| (R 559r) 1. Potentia memorativa est potestas, quae custodit species et ipsas reddit, quas intellectus et voluntas acquirunt. Et suum obiectum est memorabile. Et suus actus est memorari. | Potentia memorativa est potestas, quae custodit species et ipsas reddit, quas intellectus et voluntas acquirunt. Et suum obiectum est memorabile. Et suus actus est memorari. | |
| 2. Memorativitas et memorabilitas et memorari, quod est de eorum essentia, sunt partes substantiales memoriae, et de ipsis est memoria. Idcirco memoria maiorem habet appetitum ad memorandum substantias, quam accidentia, et melius similitudines conservat substantiarum, quam accidentium. | Memorativitas et memorabilitas et memorari, quod est de eorum essentia, sunt partes substantiales memoriae, et de ipsis est memoria. Idcirco memoria maiorem habet appetitum ad memorandum substantias, quam accidentia, et melius similitudines conservat substantiarum, quam accidentium. | |
| 3. Si memorativa, intellectiva et volitiva essent una et eadem potentia, unum et idem | Si memorativa, intellectiva et volitiva essent una et eadem potentia, unum et idem obiec- | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| obiectum haberent. Et memorabilitas et intelligibilitas converterentur, et memorari et intelligere esset unus et idem actus. Et memoria acquireret et multiplicaret species, et intellectus ipsas (R 559v) conservaret, et e converso. Et esset actus confusus, ratione cuius confusionis species multiplicari non possent nec apparere, quas multiplicat intellectus et memoria conservat. | tum haberent. Et memorabilitas et intelligibilitas converterentur, et memorari et intelligere essent unus et idem actus. Et memoria acquireret et multiplicaret species, et intellectus ipsas conservaret, et e converso. Et esset actus confusus, ratione cuius confusionis species multiplicari non possent nec apparere, quas multiplicat intellectus et memoria conservat. | |
| 4. Si intellectus esset de memorativa, essent species ante per memoriam, quam per intellectum; sicut antecedens, quod per naturam ante est, quam consequens. Et sequeretur, quod omnes species, quas memoria conservat, essent semper intellectae omnibus horis dierum et noctium; quod est impossibile. Et intellectus illam naturam haberet, quam habet memoria in recolendo; sicut filius, qui habet naturam sui patris in sentiendo. | Si intellectus esset de memoria, ante essent species per memoriam, quam per intellectum; sicut antecedens, quod per naturam ante est, quam consequens. Et sequeretur, quod omnes species, quas memoria conservat, essent semper intellectae omnibus horis dierum et noctium; quod est impossibile. Etiam intellectus illam naturam haberet memoria in recolendo; sicut filius, qui habet naturam sui patris in sentiendo. | |
| 5. Species, quam intellectus cum habitu scientiae acquirit per intellectum, non consideratur secundum qualitatem, dum ipsam acqui(R 560r)rit et investigat. Sed cum ipsam acquisiverit, ipsam tradit memoriae, et qualitates illius considerat, videlicet si sit magna aut parva, aut bona aut mala; et sic de aliis suis qualitatibus. | Species, quam intellectus cum habitu scientiae acquirit, per intellectum, non consideratur secundum qualitatem, dum ipsam acquirit et investigat. Sed cum ipsam acquisiverit, ipsam tradit memoriae, et qualitates illius considerat, videlicet si sit magna aut parva, aut bona aut mala; et sic de aliis suis qualitatibus. | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| Et postmodum voluntas venit, quae de eis habet in amando illam aut odiendo secundum qualitates speciei, quas intellectus investigavit et invenit. Idcirco stat ordo naturalis in tribus potentiis. Et qui illum ordinem sequitur, discretus est. | Et postmodum voluntas venit, quae deliberationem habet in amando illam aut odiendo secundum qualitates speciei, quas intellectus investigavit et invenit. Idcirco stat ordo naturalis in tribus potentiis. Et qui illum ordinem sequitur, est discretus. | |
| 6. Memoria speciem non reddit, quam accipit, sed similitudinem illius. Et hoc est, quia successionem habet in recolendo unam speciem et postmodum aliam. Et speciem, quam accipit, ponit intra suam memorabilitatem, quae est de sua essentia, et in illa ipsam conservat, ut ipsam producat in actum, cum intellectus et voluntas ipsam ab ipsa petunt. Et illam (R 560v) speciem extra accipit in intelligibilitate et amabilitate specierum, quae sunt memorabiles. Idcirco memorativa se habet ad obiecta extranea, et similitudines illorum ponit intra se ipsam. | Memoria speciem non reddit, quam accepit, sed similitudinem illius. Et hoc est, quia successionem habet in recolendo unam speciem et postmodum aliam. Et speciem, quam accipit, ponit intra suam memorabilitatem, quae est de sua essentia, et in illa ipsam conservat, ut ipsam ducat in actu, cum intellectus et voluntas ipsam ab ipsa petunt. Et illam speciem extra accepit in intelligibilitate et amabilitate speciei, quae sunt memorabiles. (ROL 166) Idcirco memorativa se habet ad obiecta extranea, et similitudines illorum ponit intra se ipsam. | |
| 7. Memorativa species, quas accipit ad custodiendum, ponit in sua memorabilitate, quae est suum obiectum intra se. Et ipsam in se non accipit, quoniam, si ipsam in se ipsa acciperet, esset passio intellectivae, quae species imprimit. Sed quia memorativa species accipit sibi traditas, in suo obiecto proprio est passiva; et in quantum ipsam reddit et trahit de suo proprio obiecto, est activa. Et | Memorativa species, quas accipit ad custodiendum, ponit in sua memorabilitate, quae est suum obiectum intra se. Et ipsas in se ipsa non accipit, quoniam, si ipsas in se ipsa acciperet, esset passio intellectivae, quae species imprimit, sicut cera, quae passionem habet, in quantum sigillum in ipsa suas litteras imprimit. Sed quia memorativa species accipit sibi traditas, in suo obiecto proprio | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| ideo habet intra se actum proprium. Et species, quas reddit, sunt concreatae in suo proprio subiecto. Et illae, quas accipit ad custodiendum, sunt concreatae in specie, quae ipsas ad custodiendum (R 561r) tradit. Et sicut unus homo, qui unum florenum alicui commodat, et ille sibi alium florenum reddit et non illum, quem accepit, ita memoria unam speciem pro alia reddit, et intellectus unam speciem pro alia recuperat. | est passiva, et in quantum ipsas reddit et trahit de suo proprio obiecto, est activa. Et ideo habet intra se actum proprium. Et species, quas reddit, sunt concreatae in suo proprio subiecto. Et illae, quas accipit ad custodiendum, sunt concreatae in specie, quae ipsas ad custodiendum tradit. Et sicut unus homo, qui unum florenum alicui commodat, et ille sibi alium florenum reddit et non illum, quem accepit, ita memoria unam speciem pro alia reddit, et intellectus unam speciem pro alia recuperat. | |
| 8. Ad actum memoriae concurrunt prima principia, secundum quod concurrunt ad actum intellectivae, de quo supra sumus locuti. Et quia in actu memorativae, qui est accidentalis et extrinsecus et habitus illius, qui est intra, concurrunt aliquando similitudines elementativae, vegetativae, sensitivae et imaginativae, in quantum ex ipsis homo constitutus est, movet memorativa per illas similitudines potentias, cum quibus participat, ad sua propria obiecta. Idcirco homines recolendo habent appetitum ad comeden(R 561v)dum aut ad feminas aut ad alias res, similes istis. | Ad actum memorativae concurrunt prima principia, secundum quod concurrunt ad actum intellectivae. Et quia in actum memorativae, qui est accidentalis et extraneus et habitus illius, qui est intra, concurrunt alii similitudines elementativae, vegetativae, in quantum ex ipsis homo constitutus est, movet memorativa per illas similitudines potentias, cum quibus participat, ad sua propria obiecta. Idcirco homines recolendo habent appetitum ad comedendum aut ad feminas aut ad alias res, similes istis. | |
| 9. Quanto plus memorativa speciem imprimit in suo proprio obiecto, plus ipsam conservat; | Quanto plus memorativa speciem imprimit in suo proprio obiecto, plus ipsam conservat; | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
| --- | --- | --- |
| sicut scholaris, qui quanto saepius lectionem audit, melius ipsam scit. Et illud, propter quod memorativa obliviscitur, est, quia in uno tempore accipere non potest unam speciem et aliam reddere. Et illud, propter quod obiectum recolere non potest, et speciem, quam desiderat, est, quia principia, quae sunt supra, tantam convenientiam non habent in influendo suas virtutes memorativae sub ratione ipsius obiecti et speciei, sed concordant plus ad influendum suas virtutes potentiae alterius obiecti et speciei. | sicut scholaris, qui quanto saepius lectionem audit, melius ipsam scit. Et illud, propter quod et memorativa obliviscitur, est, quia in uno tempore accipere non potest unam speciem et aliam reddere. Et illud, propter quod obiectum recolere non potest, et speciem, quam desiderat, est, quia principia, quae sunt supra, tantam convenientiam non habent in influendo suas virtutes memorativae sub ratione illius speciei et obiecti, sed concordant plus ad influendum suas virtutes potentiae sub ratione alterius obiecti et speciei. | |
| 10. Habitus scientiae acquiritur et conservatur, quia memorativa, quae retinet similitudines entium in tempore praeterito transactae. (R 562r) Et ipsas acquirit ex similitudinibus obiectorum sensuum in imaginatione positis, et de imaginatione in memoria. Et illud, quod ipsas ponit, est intellectus, qui appetit habitum sub ratione intelligendi, et memoria ipsum appetit sub ratione recolendi, et voluntas sub ratione amandi. Idcirco in illo habitu habet quaelibet potentia suum appetitum secundum suam qualitatem et naturam. | Habitus scientiae acquiritur et conservatur per memoriam, quae retinet similitudines entium in tempore praeterito transactae. Et ipsas acquirit ex similitudinibus obiectorum sensuum in imaginatione positis, et de imaginatione in memoria. Et illud, quod ipsas proicit, est intellectus, qui appetit habitum sub ratione intelligendi, et memoria ipsum appetit sub ratione recolendi, et voluntas sub ratione amandi. Idcirco in illo habitu habet quaelibet potentia suum appetitum secundum suam qualitatem et naturam. | |
| II.5.3<br>De potentia volitiva et suo obiecto et actu | (B 19r E 111r ROL 172) Volitivae potentiae cognitio | |
| 1. Potentia volitiva est potestas volendi ama- | Potentia volitiva est potestas volendi ama- | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| bile et non amabile, et odiendi similiter amabile et non amabile. Et suum obiectum est volibile. Et suus actus est velle. | bile. Et suum obiectum est volibile. Et suus actus est velle. | |
| 2. Volitiva potentia et nolitiva convertuntur. Sed actus differentes sunt per differentiam obiectorum, quoniam quaedam obie(R 562v)cta sunt volibilia et quaedam nolibilia naturaliter; sicut bonitas, quae est amabilis et suum contrarium est odibile. Verumtamen accidentaliter potentia accipit aliquando contra suam naturam obiectum, et est contra naturam obiecti; sicut voluntas, quae diligit malum et odit bonum. Et hoc est ratione libertatis, de qua est; per quam libere se habere potest ad unum obiectum et ad aliud, amando aut odiendo. | Volitiva potentia et nolitiva convertuntur. Sed actus differentes sunt per differentiam obiectorum, quoniam quaedam obiecta sunt volibilia et quaedam nolibilia naturaliter, sicut bonitas, quae est amabilis, et suum contrarium est odibile. Verumtamen accidentaliter potentia accipit aliud contra suam naturam obiectum, et etiam contra naturam obiecti, sicut voluntas, quae diligit malum et odit bonum. Et hoc est ratione libertatis, de qua est; per quam libere se habere potest ad unum obiectum et ad aliud, amando aut odiendo. | |
| 3. Proprium obiectum volitivae est volibile, quod est intra de essentia voluntatis. Et potentia facit de illo subiectum ad volendum volibilitates extraneas, et in illo facit deliberationem, utrum ipsas diligit aut non. Et sine tali subiecto voluntas eligere non posset ad amandum unum obiectum et non aliud, aut amandum plus unum obiectum, quam aliud, quoniam, postquam memoria et in(R 563r)tellectus sibi obiectum praesentaverunt, semper ipsum conservaret secundum illam qualitatem, in qua ipsum acciperet; et sem- | Proprium obiectum volitivae est volibile, quod est intra de essentia voluntatis. Et potentia facit de illo subiectum ad volendum volibilitates extra extraneas, et in illo facit deliberationem, utrum ipsas diligit aut non. Et sine tali subiecto voluntas eligere non posset ad amandum unum obiectum et non aliud, aut ad amandum plus unum obiectum, quam aliud, quoniam, postquam memoria et intellectus sibi obiectum praesentaverunt, semper ipsum conservaret secundum illam qualitatem, in qua ipsum acciperet; et sem- | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| per in primo motu acciperet ipsum, et deliberationem non faceret in secundo; sicut imaginatio hominis dementis, quae accipit et semper speciem tenet, quam accipit in primo motu, licet ipsum in secundo motu transire non faciat. | per in primo motu acciperet ipsum, et deliberationem non faceret in secundo; sicut imaginatio hominis dementis, quae accipit et semper speciem tenet, quam accipit in primo motu, licet ipsum in secundo motu transire non faciat. | |
| 4. Cum volitiva dat volibili bonam volibilitatem acquisitam, est ordinata et caritatem disponit. Et cum dat sibi obiectum odibile et non amabile, sed ratione amabilitatis, crudelitatem disponit et iram, et disponit peccatum. Idcirco obiectum, quod est intra, est subiectum potentiae in accipiendo habitum virtuosum aut vitiosum, secundum quod actus extraneus est virtuosus aut vitiosus. | Cum volitiva dat volibili bonam volibilitatem acquisitam, est ordinata et caritatem disponit. Et cum dat sibi obiectum odibile et non amabile sub ratione amabilitatis, crudelitatem disponit et iram, et disponit peccatum. Idcirco obiectum, quod est intra, est subiectum potentiae in accipiendo habitum virtuosum aut vitiosum, secundum quod actus extraneus est virtuosus aut vitiosus. | |
| 5. Naturaliter omnes bonae amabilitates extra sunt propter finem amabilitatis, quae est (R 563v) intra; sicut sunt arbor et flores eius, qui sunt amabiles, ut potentia instrumenta habeat, cum quibus possit amare intra. Et illas amabilitates attingit intra; sicut vegetativa, quae in sua propria vegetabilitate acquirit et convertit vegetabilitates extra, quae veniunt per comedere et bibere, ut se ipsum conservet. | Naturaliter omnes bonae amabilitates extra sunt propter finem amabilitatis, quae est intra; sicut sunt arbor et flores eius, qui sunt amabiles, ut potentia instrumenta habeat, cum quibus possit amare intra. Et illas amabilitates attingit intra; sicut vegetativa, quae in sua propria vegetabilitate attingit et convertit vegetabilitates extra, quae veniunt per comedere et per bibere, ut se ipsam conservet. | |
| 6. Idcirco volitiva se habet ad plura obiecta extra, quae sunt propter illud, quod est intra, | Idcirco volitiva se habet ad plura obiecta extra, quae sunt propter illud, quod est intra, | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| et vitat obiecta nociva, ex quibus actus nocivi sequuntur. Et cor et sanguis sunt una organa et instrumenta per elementativam et vegetativam, et per sensitivam sensus particulares. | et vitat obiecta nociva, ex quibus actus nocivi sequuntur. Et cor et sanguis sunt sua organa et instrumenta istam per elementativam et vegetativam, et per sensitivam sensus particularis. | |
| 7. Principaliter et secundum maioritatem finis Deus est summum obiectum potentiae volitivae. Et hoc est, quia Deus ipsam creavit ad se amandum. Et quia est maior et melior omni alio ente, est magis perfectum obiectum, quam aliquid aliud. | (ROL 173) Principaliter et secundum maioritatem finis Deus est summum obiectum potentiae. Et hoc est, quia Deus ipsam creavit ad se amandum. Et quia est maior et melior omni alio ente, est maius perfectum obiectum, quam aliquid aliud. | |
| (R 564r) 8. Idcirco obiectum, quod est intra, et obiectum, quod est extra, sunt, ut Deus sit amatum potentiae obiectum. Et cum potentia finem non sequitur, propter quem est, nec finem obiectorum, habet actum inordinatum et deviatum a fine. Et remanet vacua sine fine, nec habet obiectum neque subiectum nec actum, in quo quiescere possit. Et omnia principia, de quibus est, sibi sunt contraria. Et Deus similiter. | Idcirco obiectum, quod est intra, et obiectum, quod est extra, sunt, ut Deus sit amatum obiectum potentiae. Et cum potentia finem non sequitur, propter quem est, nec finem obiectorum, habet actum inordinatum et deviatum a fine, et remanet vacua sine fine, nec habet obiectum nec subiectum nec actum, in quiescere possit. Et omnia principia, de quibus est, sibi sunt contraria. Et Deus similiter. | |
| 9. Potestas, quam potentia habet ad peccandum, est ex parte principii, de quo est, videlicet ex parte nihili, quod est obiectum potentiae, quando est contra essentiam, videlicet contra creaturam et contra rem licitam. Et actus, qui est inter potentiam et obiec- | Potestas, quam potentia habet ad peccandum, est ex parte nihili, quod est obiectum potentiae, quando est contra esse, videlicet contra creaturam et contra rem licitam. Et actus, qui est inter potentiam et obiectum, est peccatum; sicut homo, qui potest mentiri, | |

| Roma BN Vitt. Emm | Electorium/Breviculum | Cusani excerpta |
|---|---|---|
| tum, est peccatum; sicut homo, qui potest mentiri, et in quantum potest mentiri, potest amare mentiri. Et mentiri est peccatum, et est obiectum, in quantum est amatum. (R 564v) Et est actus, in quantum fit. | et in quantum potest amare mentiri. Et mentiri est peccatum. Et est obiectum, in quantum est amatum. Et est actus, in quantum fit. | |
| 10. Potentiae volitivae est bonum obiectum appropriatum ratione bonitatis, et magnum est obiectum appropriatum ratione magnitudinis; et sic de ceteris. Et volitum aut amatum est sibi proprium obiectum, si sit bonum volitum; et si sit malum, potentia accipit id per semetipsam, quamvis non sit appropriatum per aliquod principiorum superiorum naturalium, quae sunt creaturae. Idcirco potentia culpam habet, quando se habet amando ad aliquod malum obiectum, quoniam ad bonum se habere potest, sequendo dispositionem primorum principiorum. | Potentiae volitivae est bonum obiectum appropriatum ratione bonitatis, et magnum est obiectum appropriatum ratione magnitudinis; et sic de aliis. Et volitum aut amatum est sibi proprium obiectum, si sit boni volitum; et sit malum, potentia accipit illud per semetipsam, quamvis sibi non sit appropriatum per aliquod principiorum superiorum naturalium, quae sunt creaturae. Idcirco potentia culpam habet, quando se habet amando ad aliquod malum obiectum, quoniam ad bonum se habere potest, sequendo dispositionem primorum principiorum. | |
| 11. Volitiva, quia bonum est amabile, magnum, potens, virtuosum et verum, et sic de aliis similibus, se habet amando ad illa obiecta; sicut intellectiva, quae se habet ad illa, quae sunt intelligibilia. Et sicut intellectiva eorum intelligibilitates con(R 565r)vertit per intelligere in essendo intellectas, convertit volitiva amabilitates principiorum cum amare in esse amatas. Idcirco volitiva appetit, quod voluntas habeat appetitum amandi | Volitiva, quia bonum est, amabile, magnum, virtuosum, potens et verum, et sic de similibus, se habet amando ad illa obiecta; sicut intellectiva, quae se habet ad illa, quae sunt intelligibilia. Et sicut intellectiva eorum intelligibilitates convertit per intelligere in essendo, intellectivitas convertit volitivae amabilitatis principiorum cum amare in esse amatas. Idcirco volitiva appetit, quod intellectus intelligat amabilitates, ut ipsas diligere | |

| **Roma BN Vitt. Emm** | **Electorium/Breviculum** | **Cusani excerpta** |
|---|---|---|
| intelligibilitates, ut cum voluntate concordantiam habere possit, et ut per concordantiam melius sit dispositus ad intelligendum. | possit. Et intellectus appetit, quod voluntas habeat appetitum amandi intelligibilitates, ut cum voluntate concordantiam habere possit, et ut per concordantiam melius sit dispositus ad intelligendum. | |
| 12. Quaelibet potentia aliam iuvat ad accipiendum suum obiectum et ad habendum suum actum. Idcirco quaelibet potentia appetit obiectum et actum alterius. Et in intelligere est intellectus dominus. Et in amare voluntas est domina. Et memoria est domina in recolendo. Et hoc est ratione propriorum obiectorum et actuum potentiarum. Et obiecta et actus appropriati sunt communes et descendunt ex influentia primorum principiorum generalium. | Quaelibet potentia aliam iuvat ad accipiendum suum obiectum et ad habendum suum actum. Idcirco quaelibet potentia appetit obiectum et actum alterius. Et in intelligere est intellectus dominans. Et in amare voluntas est dominans. Et memoria est dominans in recolere. Et hoc est ratione propriorum obiectorum et actuum potentiarum. Et obiecta et actus appropriati sunt communes et descendunt ex influentia primorum principiorum generalium. | |
| [Quaestiones codicis R omittuntur] | | |
| [Epilogus R 609v] Raimundus hunc librum in civitate Romana finivit. Et ex tunc non proposuit aliquem librum compilare, quoniam plures compilaverat et ipsos fecit, qui videbantur ei fieri debere. Excepta **Arte memoriae** et uno **Libro de sermonibus**, quos faciet, si Deus sibi iuvamen fecerit et opportunitatem habuerit. Quoniam ille est in magno peccato, qui poterit bonum facere et non facit, et maxime ille, qui destruit bonum, quod alius fecit. Deo gratias. Explicit. | | |